





1. Buddei s. Joh. Franc. / diff.  
de temperamentis hominum.  
Hale 1704.
2. Commentatio qua inter  
pseudodidas Kalon Charac-  
teres in Epist. ad Coloss.  
Cap. 2. vers. 18 religiosus  
Angelorum cultus exponi-  
ditur. Helmst. 1728
3. Hymnus Angelicus novi  
foederis. Helmst. 1738



4. von Cinem s. Joh. Justof deo frag-  
 menta Martini Lutheri  
 ad Reuchlinum et Erasimum  
 Helmst. 1730.
5. Fabricij s. Joh. Ludov. medica-  
 tiones circa ideam Scien-  
 tia tum Divine et Humanae  
 Heidelb. 1663.
6. de Gaebel s. Joh. Wilh. s. diff.  
 de certamine in Michhelem  
 Archangelum, et Diabolum  
 de Corpore Moysi, Helmst.  
 1738.
7. Hildebrandi s. Joach. s. diff.  
 de Lacrymis Christi  
 Helmst. 1737.
8. Hoffmanni s. Jan. s. diff. de  
 Deo et de Christo, Magdel.  
 1601. cum 10 Epistolis  
 W. Casselij.
9. Jesus Christus dogmatis de  
 mortuorum ad vitam reditu  
 vindex et restitutor, Helmst.
10. Mejer s. Joh. Gerh. s. diff. de Sarclo  
 et Cafi. Idolorum, Helmst.  
 1726.



11. Mosheim, Joh. Laur. Diff. de  
Blasphemia in Spiritum S. gra,  
viffima, Helmft. 1738.

12. ——— Diff. de praesentia  
Amoris praecognitione,  
Helmft. 1738.

13. ——— Diff. de Divortio  
Helmft. 1737.

14. ——— Diff. de spiritu  
prophetico de Christo testan-  
te. Apoc. XIX. v. 10. Helmft.  
1734.


15. ——— Diff. de illis qui  
prophetae vocantur in novo  
foedere. Helmft. 1732.

16. ——— Diff. de officio  
Christiani circa defensionem  
vite alienae ex proverb.  
XXIV. v. 12. Helmft.  
1738




17. Merheim s. Joh. Laur. / Diss. de  
salute Infantum Christianorum  
et paganorum, Helmst. 1733.
18. Münder s. Chr. / Diss. de dedi-  
catione Evangelij S. Lucæ.  
Helmst. 1728.
19. Musler s. Joh. / Diss. de fide  
jens. 1652.
20. Myly s. Georgij / Diss. ex  
II. Cap. Epist. ad Romanos.  
jens. 1540.
21. Stunni s. Agidij / theses  
Huberianisimo opposita  
Wittenb. 1547.
22. Niemejer s. Joh. Barth. / Disserta-  
tionis X. de conjugio (Helmst. 1699  
et Casibus prohibitis)
- 23.











HISTORIAM DOCTRINAE

TEMPERAMENTIS  
HOMINUM

IN ACADEMIA IMPERIALI  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

FRANCISCO PRINCE AC COMITE  
DN. FRIDERICO WILHELMO,  
ACADEMIAE DIRECTORI ET RE  
CTORI

DN. JO. FRANCISCO BAYDRO,

MAJESTATE SUEVE REGIS AUSTRIACAE IMPERATORIS  
AC ACADEMIAE DIRECTORIS

PROFESSORIS  
AC ACADEMIAE DIRECTORIS

AC ACADEMIAE DIRECTORIS





Hæc opusculum est numero 25 in volumine Theologicarum Disputationum. D. Hunnij. fol. 274.

THESES

21.

HUBERIANISMO

OPPOSITÆ,

I. DE ELECTIONE ET AD VITAM  
eternam prædestinatione Huberiana, tam ad filios Diabo-  
li, seu omnes impænitentes, quàm Dei filios pertinente.

II. DE VNIVERSALI ET CONFUSA IV-  
stificatione omnium hominum, non minus incredulorum,  
quàm credentiam.

III. DE HYPOCRITARVM IN BAPTISMO  
Regeneratione, quæ illis (non obstante eorum perfidia & hypocrisi)  
in medio illo impietatis statu verè conferatur.

Quas theses dictorum errorum idcirco,

DEI FAVENTE GRATIA,

PRÆSIDE ÆGIDIO HVNNIO, SS.

Theologiæ Doctore, & Professore in Academia

V Vitebergensi, publicè defendere

conabitur,

M. IOHANNES MEHLFUHRERUS

Culmbacensis.

Die 13. Novembris, hora & loco solitis.



WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri,

Anno MDCCXCVII.







ILLVSTRIBVS, GENE-  
ROSIS ET MAGNIFICIS DOMI-  
NIS, NOBILITATIS GENERIS, PIE-  
tate, sapientia, & virtute splendidissimis, Provincia-  
rum Austriae, Styriae, Carinthiae & Carniae  
Præsidibus eminentissimis, Do-  
minis suis omni observan-  
tia colendis,  
S. P.

**I**llustres, generosi & Magnifici viri, Domini  
& Fautores mihi plurimum observandi, D.  
Samuel Huberus (olim Theologiae apud nos  
Professor, per sententiam autem supremi Ma-  
gistratus, legitima præeunte cognitione causæ, ab officio me-  
ritissime dejectus, & Vitebergâ pulsus) præterito Mercas-  
ta Francofordiano dedicare non erubuit Illustri & Generoso  
sæ vestrae Magnificentiae, rancidum & mucedum suum li-  
brum, quo explicationem pollicetur absurdus homo, trium  
capitum, noni, decimi & undecimi Paulinae ad Romanos  
scriptæ Epistolæ. Quo in libro textum Apostolicum non mo-  
dò miserandum in modum ad ineptias, somnia deliriaq; sua  
raptat ac torquet violentissime: sed etiam pro effrenata sua  
quidvis ex proposito fingendi libidine, qua vel patrem suum,  
ex quo scribit & loquitur, superare nititur, Calvinismi sca-  
biem mihi præter rem & rationem affricare satagit, ea petulo-  
sissime comminiscens, quæ tam novit ac meminit à se stu-  
dio esse conficta, quàm suos meminit novitq; digitos.



Quamuis autem omnis ille liber & labor impius, quem  
Huberus non erudiendis, sed seducendis simplicium animis,  
non edificandæ sed turbandæ Ecclesiæ, gnauiter impendit,  
ulteriore confutatione (toties jam jugulatis & confossis erro-  
roribus eius crassissimis) neq; magnoperè eget, neq; adeò dis-  
gnus est: tamen ut amplius etiam præmuniantur mentes ho-  
minum, ne huius aegritæ veteratoria παρρησία circumventi  
in erroneas & absurdas eius opiniones abripiantur: visum  
est denuò coram literatæ iuventutis Scholasticæ corona atq;  
cætu, articulos eos, in quibus ab Ecclesijs Augustanam Con-  
fessionem, formulamq; Concordiæ amplectentibus, ille totis,  
quod aiunt, castris dissidet, ad disputandum proponere, ead-  
demq; opera tum criminationes eius diluere, tum pudendos il-  
lius errores de æterna non tantum filiorum DEI, sed etiam  
FILIORVM DIABOLI (quales sunt omnes impeni-  
tentes) electione & ad vitam æternam prædestinatione: si-  
militer de vniuersali justificatione, omnium hominum, incre-  
dulorum non minus quàm credentium; de hypocritarum item  
in Baptismo Regeneratione, quæ in ipso perfidiæ & impie-  
tatis actu conferatur, refellere, & quæ nostra sit de his ca-  
pitibus sententia, perspicuis verbis exponere, scriptura-  
rumque stabilimentis sic fundare, sic undiquaque per  
DEI gratiam communire, ut aduersus eam non modò  
Huberus nihil obtinere, sed ne quidem inferorum portæ præ-  
valere queant. Nec dubitabimus doctrinam his propositio-  
nibus comprehensam, vel in Colloquio solenni, vel etiam si  
ita videatur, in Synodo contra insolentem hunc & insulsum  
Thrasonem tueri publicè, & os impudens illius, quod non  
nisi putidissima mendacia spumare didicit, per DEI grati-



am sic obturare, ut docti & indocti cominus videant, quis sit ille spiritus, quo dictante Huberus sua scripta in Christianum orbem e vomit, suosque ructus & vomitus pro celesti veritate cunctis, etiam Principibus viris, pro eo, quo pollet, impudentiae dono, venditat & obtrudit.

Porrò vobis, Illustres & Magnifici Heroës, Theses hasce nuncupandas ideo censui, quod yisdem Huberus superioribus mensibus chartas suas dedicavit, quò ex contentione doctrinae partis utriusque facilius sit statuere, quid in hoc certamine tenendum, quid fugiendum sit: & ut liquidius appareat, quàm sit effrons Huberus, quàm prodigiosè vanus, quòd contra conscientiae suae testimonium, Calvinianae hereseos crimen nobis impingere, nec coram Deo, nec coram Ecclesia homo in reprobum sensum traditus quicquam extimescit; ex quo non minus dilucidè patebit, Huberum talia patrare, non Dei gloriã incitatum, quam in corde suo ne pilè quidem aestimat, sed exitialis ambitionis aestro percitum, & immmani in nos odio inexplebiliq; cupiditate vindicta inflammatum in voraginem hanc extremae impietatis, furoris & amentiae justo Dei iudicio absorptum esse.

Qui quibus artibus in nostras Ecclesias se insinuarit hypocrita, quàm fraudulenter aliquandiu suos errores occultavit, consensum cum Theologis Wirtembergensibus astutè finxerit, & hanc ipsam doctrinam, quam nunc παρολεθρία Ecclesiae & Evangelicae veritatis eversionem minari clamat, suo calculo suaque manu comprobarit, indeq; rursum discesserit, mox redire visus sit; adeoque nunc in hanc, nunc in illam formam, Euripo mutabilior, sese transmutarit; ple-



nè id & luculenter in Actis Huberianis Tubingensibus superiorum autumnali Mercatu Francofurtensi publicatis ostenditur.

Quo nomine ut sacrarum literarum Studiosi lectionem illorum Tubingensium Actorum sibi cordi esse sinant, maximeperè suadeo, idq; præter memoratas hac etiam de causa, quod in his error Huberi gravissimè solidissimeq; refutatur, simulq; annorum aliquot Acta recensentur, quorundam etiam Colloquiorum cum Hubero in hac causa habitorum historia contexitur.

Dominus Iesus Ecclesiam suam, atq; adeò etiam vos, <sup>2. Thess. 3</sup> generosissimi Heroës, coetusq; vestros ab huiusmodi absurdis & perversis hominibus, (ut eos Apostolus nominat) clementer custodiat, & in veritate verbi sui sanctificet & servet in perpetuum, Amen. **Data VViteb, die 7. Novembris Anno 1597.**

Vestram Generosam Magnificentiam &  
strenuitatem officiosè colens

*Aegidius Hunnius D.*



DE ELECTIONE SEU AD  
vitam aeternam Praedestina-  
tione.

THESIS PRIMA.



In certamine Huberiano de Statu disputationis exactè  
constet, amolitur initio falsos status, quos Huberus ad  
fallendâ DE I Ecclesiam fingit improbè, ut per illam & φαι-  
γεσιπ ad id, quod verè κενώμενον & in lite positum est, per-  
venire valeamus.

II.

Principio ergò non in hoc vertitur disceptationis cardo, num sit  
DE I voluntas & beneplacitum, ut omnes homines (nullo ex cunctis i. Timoth.  
Ade posteris excepto) salvi fiant, & ad agnitionem veritatis perveniant. 2.  
Id enim contra portentosas Calvinistarum blasphemias publicè hactenus  
& ex professo docuimus, & adhuc constantissimè docemus ac profite-  
mur.

III.

Deinde nec in eo disceptationis status consistit, num hac voluntas  
Dei sit seria erga omnes, an verò ad quosdam simulata, quemadmodum  
de voluntate signi Calviniana cohors impiè sentit & blasphemè scriptitat.

IV.

Quomodo enim non seria sit erga omnes, cum Deus illam religio-  
sissimo juramento testatam reddat? Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed  
ut convertatur & vivat, Ezech. 33. Et rursum: Quare moriemini, do-  
minus Israël? Nolo mortem MORTIENTIS, dicit Dominus Deus.

V.

Tertiò nec in eo nobis scrupulus ullus est, num antecedens hæc DE I  
erga omnium hominū salutem voluntas sit cum consilio ipsius & decreto  
conjuncta, an verò sit nuda quedam voluntas absq; consilio. Dūimus e-  
nim esse hoc aeternum ipsius consilium ac beneplacitum, ut per Christum  
mundi servatorem, fide apprehendendum omnes homines ad salutem in-  
staurantur. Idcirco Spiritus Sanctus Proverb. 1, & Luc. 7. Dei consilium  
sonora voce nominat.

VI.

Quapropter nec in hoc quicquam vel discriminis est vel dubitatio-  
nis.



is, quod ex benefico hoc antecedentis voluntatis Dei consilio ac decreto  
filius toti mundo missus sit, non ad iudicium, sed hoc solo & unico fine  
saluari, ut mundus per eum salvetur. Ioh. 3.

VII.

Proinde neq; in quaestionem venit, an Christus pro quibusdam duntaxat  
hominibus sit mortuus; an verò pro omnibus sine ulla prorsus ex-  
ceptione. Dicimus enim, Christum esse propiciationem, non pro nostris  
duntaxat, sed totius mundi, adeoq; etiam reproborum peccatis, pro qui-  
bus non minus verè mortuus est, eisq; non minus, quàm electis & fide-  
libus, æternam redemptionem sacrosancto merito suæ passionis acquisivit,  
1. Cor. 8. 2. Pet. 2. Heb. 10. aliàs justè condemnari non possent infideles  
ob non apprehensam redemptionem Christi, si ea pro ipsis non esset à Chri-  
sto salvatore præstita.

VIII.

Ut autem in explicatione instituta progrediamur, extra litem etiam est,  
quod ex divine voluntatis antecedentis ordinatione, consilio, decreto &  
beneplacito uni versale illud absolutissimæ satisfactionis Christi meritum  
annunciandum sit in Evangelio, non quibusdam paucis peculiariter ex  
humano genere delectis personis; sed jubente Christo, universæ creatu-  
ræ Marci 16. hoc est, omnibus ad unum & ex æquo hominibus.

IX.

Non minus extra disceptationis aleam versatur, quod Deus serid  
velit omnes homines audire verbum, omnes Evangelio credere, omnes  
pœnitentiam agere. Ita namq; sonat mandatum æterni patris: hunc audite  
Matth. 17. Et Christus inquit: Agite pœnitentiam, & credite Evangelio.  
Quod ad omnes pariter homines spectare, Paulus Apostolus in sua concio-  
ne Athenis habita, gravissimus auctor ac testis est. Actor. 17.

X.

Hub. con-  
futur bre.  
vi pag. 26.  
& 27. *Tam de ipsa Electione non hoc controvertitur, ut Huberus in per-  
dita causæ suæ commodum fabulatur: an videlicet Deus in Christo pau-  
cos tantum homines elegerit ad vitam, qui nulla incredulitate perire aut  
salute sua excidere possint.*

XI.

Nam ne Paulus quidem (quem ex prædestinatis esse nemo ibit in-  
ficias) hoc modo electus est. Quin ipse disertè perhibet, nisi corpus suum  
castiget, non se futurum esse ex electis, sed reprobis 1. Cor. 9.

12. Adhæc



## XII.

*Adbac, an omnes homines actu salventur etiam hi, qui in Christum non credunt; in questionem hactenus itidem non venit.*

## XIII.

*Quanquam enim id ex Huberi dogmate per consequentiam, Christi & Apostolorum testimonys firmatam, irrefragabiliter concludi potest; tamen quia directè & palam sic non docet Huberus, nolumus etiam directè ei paradoxon illud imputare.*

## XIV.

*Sed neq; hoc docemus, hæreticum esse, qui statuat, quenquam à Deo esse electum ante suum obitum: quin neq; post beatum ex hac vita discessum, de quoquam id pronuciari posse. Sicut D. Huberum non puduit sparsis hinc inde chartis fallacissimum hunc statum, ad constandam nobis invidiam falsæq; doctrinæ suspicionem concitandam, effingere.*

## XV.

*Imò prorsus extra questionem est, quòd electio facta sit inde ab æterno. Neq; enim tum demum statuimus eligi homines, quando vel moriuntur, vel in vita sua Christum amplectuntur fide, quemadmodum ineptit Huberus, sequi oportere, si quisquam in Dei eligentis mente ad fidem in tempore demum futuram habeatur respectus.*

## XVI.

*Si enim Deus in aeterna sua prædestinatione, ad fidem in Christum ideo respectum nullum habere potuit, quod in tempore demum fides in nobis accenditur: utiq; nec ex occasione lapsus in tempore demum eventuri potuit ab æterno inire consilium reparationis; nec in considerationem electionis ab æterno factæ venire potuit Christi Mediatoris passio, quippe demum in plenitudine temporis eventura: imò quia homines ipsi non ab æterno sunt, sed in tempore: nulla prorsus illorum suscipi potuit ad vitam prædestinatio ab æterno, si videlicet ea, quæ in tempore futura erant, ex electione secludantur, & divinæ præscientiæ oculus, cui hæc omnia ab æterno nota sunt, ex mysterio prædestinationis eruatur, ut circa questionem de fide D. Huberus imperitè factitat.*

## XVII.

*Interim neq; hoc est κρινωμενον, num OB vel PROPTER fidem ab omniscio Deo præcognitam electi simus; ita ut fidei vel qualitate vel dignitate moveretur ad eligendum nos: eiq; fide nostra causam præberemus nos eligendi, quemadmodum Huberus mendacissimè nobis affingit.*



## XVIII.

Hoc namq; modo, sensu & respectu fidem ingredi predestinationis articulum, disertè negamus, eiusq; considerationem solummodò respectu correlati sui aeterno actui Electionis inclusam dicimus, quatenus (ut liber Saxonicae Visitationis Apologeticus habet) Iesum Christum ceu petram salutis amplectitur, sine quo nec gratia vocantis Dei, nec meritum Christi apprehendi posset.

## XIX.

Indubitanter igitur & hoc asserimus, in nobis NULLAM esse querendam causam, qua Deus ad nostri suscipiendam electionem sit per-motus; siquidem ne quidem fides, ut vel in seipsa consideratur vel in nobis haret, in hanc divinae predestinationis Arcem intromittitur, sed tantùm, ut extra se quasi egrediens, intuetur & amplectitur Mundi propiciato-rem Iesum Christum.

## XX.

Vnde apparet, neq; hoc à nobis doceri, nec in eo statum causae verti, an videlicet nos Deum eligamus per fidem, antequam ipse nos eligat; atq; sic electionem eius fide nostra praeveniamus.

## XXI.

Esse enim hanc non nostram doctrinam, sed Huberi maliciosam calumniam, inde patet, quòd electionem quidem ante iacta mundi funda-menta sancitam esse, fidem verò in tempore demum ex Verbo generari profitemur, imò ne quidem posse nos credere pronunciamus, si non hanc ipsam fidem tanquam illius gratuita predestinationis effectum Deus per Spiritum Sanctum in nobis misericorditer operetur.

## XXII.

Insuper in quaestione non est, an si omnes in Christum crederent, omnes etiam habendi essent pro predestinatis? Id enim absq; dubitatione fatemur ipsi. Quia verò non omnes credunt, sed pleriq; Christum & Evangelium ipsius aspernantur, idcirco nec huiusmodi confusa electio cre-dentium pariter & non credentium docenda est.

## XXIII.

Sed neq; contenditur, an qui sua culpa damnantur, potuerint (nullo saluti illorum obstante occulto decreto) per ordinaria media, virtute Spiritus Sancti, venire ad fidem & salvari: & cum sine electione DEI nemo salvetur, num futuri fuissent ex electis? Vtrunq; enim in confesso ponimus. Cumq; prius, quod est de saluatione, in nostris Ecclesijs con-  
stet,



flet, perhibente Christo, etiam Tyrios olim ac Sidonios ad pœnitentiam  
( & consequenter an salutem ) perducipotuisse: posterius etiam quod de  
electione est, extra dubitationem ponatur oportet, nisi quis absurdissime  
deliret, potuisse aliquos esse ex salvandorum numero, qui tamen ex præ-  
destinatorum esse numero non potuerint.

X X I V.

Tandem aliud esse electionem ab æterno, aliud salvationis actum  
in tempore, est in Scholis & Ecclesijs nostris ita tritum, ita decantatum,  
ut ad prodigium usq; absurdus foret, qui hoc in dubium vocare vellet:  
& tamen D. Huberus pagina 19. scripti sui ( *Seiner Rettungsschrift* )  
turpissime fabulatur, nobis VVitebergensibus omni modo, absq; declara-  
tione vltiore, I D E M esse, actu ipso salvari, & ad salutem electum  
esse.

X X V.

Nos contra respondemus, quamvis ejusdem sint, ut ita dicamus,  
latitudinis ( quod Apostolus ipse docet, qui reliquias Salvandorum, &  
reliquias secundum electionem gratiæ pro iisdem sumit, sicut & Rom. 9.  
& II. & in catena Rom. 8. idem ad amussim docet ) tamen constantissime  
tradimus ac profitemur, Electionem & salvationem diversos esse actus,  
differentes inter se, ut decretum ab æterno factum à sua executione, quæ  
peragitur in tempore, distinguitur. Vnde quid fidei habendum sit Hu-  
bero, ex tot mendacijs huc usq; commemoratis, tot confictis falsis stati-  
bus, quisq; non omnino cæcus abundè perspicit.

X X V I.

Hic autem verè est omnis Huberiana controversiæ in hoc qui-  
dem Articulo status, & cardo: primò num antecedens illa D E I miseri-  
cors voluntas erga omnes homines, qua de supra dictum est, sit &  
dici debeat Electio & prædestinatio ad salutem? & an sic dicatur pro-  
priè? imò, ut Huberus contendit, propriissime? & num scriptura sic lo-  
qui soleat? an ijs in locis, quibus hic articulus tanquam propria in sede,  
fundatur & traditur electionis vocabulum hoc modo, hoc sensu & si-  
gnificatu accipiatur & ad omnes promiscuè homines extendatur?

X X V I I.

Deinde quia D. Huberus non contentus dicere, Deum in Christo  
elegisse ad vitam omnes homines, hanc insuper in declaranda ea phrasi,



appendicem vel annectit explicitè, vel implicitè subintelligendam esse docet, quod videlicet omnes ad vitam e'ccl'i sint, *SIVE CREDANT IN CHRISTVM, SIVE NON CREDANT*: queritur num hæc expositio phrasæ (quæ totam Antagonistæ mentem aperit, & quomodo locutionem suam intellectam velit, evidenter ostendit) sit scripturæ Prophetica & Apostolica consentanea vel non?

*XXVIII.*

Ad priorem questionem quod attinet, nos φερα hanc (Deus ad vitam æternam elegit omnes homines) si de antecedente universali voluntate Dei, qua vult per Christum fide apprehendendum, salvari totum mundum, explicetur, impietatis *NON QUAM* damnavimus.

*XXIX.*

Et certè tam splendè nil quicquam proferre potest D. Huberus de hac universali dilectione, φιλανθρωπία & gratia Dei, omnibus ad unum hominibus exorta: quod non obvius amplectamur ulnis, & sonora voce prædicemus, quin & calamo contra blasphemias Calvinistarum publicè defendamus.

*XXX.*

Quòd autem hæc Domini voluntas antecedens *PROPRIE* dicatur Electio; palàm & expressè negamus, quia secundum Spiritus Sancti Grammaticam Electionis vox (in hoc præsertim articulo) vim & significatum habet separationis, quod suo loco probabitur, & quæ sit istius separationis ratio, quomodoq; ab impia Calvinistarum particularitate absoluta differat, similiter ad oculum demonstrabitur.

*XXXI.*

Ceterum quòd D. Huberus Ecclesiæ Christi prætoria potestate dicat, ut universalis illa Domini voluntas Electio dicatur, & eos qui ad hoc præscriptum ejus loqui renuunt, Calvinistica profanitate arguit, & ad orbem usq; condemnat: id verò dicimus scelus esse, in Ecclesia Dei nullo modo ferendum.

*XXXII.*

Refellitur hæc impia tyrannis eo ipso loco libri Apologetici Saxonica Visitationis, quem Adversarius nunquam non jactare, nunquam non plenis buccis crepare solet, cum pagina 291. dicitur, quòd respectu hujus  
, universalis & constantis voluntatis Dei, à *QVIBUSDAM* Ortho-  
, doxis Ecclesiæ Doct'oribus vocabulum Electionis in latiore sensu ad om-  
, nes homines referatur, quia (quantum attinet voluntatem Dei) nen. o ho-  
, minum à gratia vitæ per Dei decretum & propositum exclusus sit.



XXIII.

Cum ait *Apologia, Visit. Sax. QVOS DAM* Orthodoxos doctores ita esse locutos, nonne si nul indicat, ceteros doctores orthodoxos ita locutos non esse; & nihilominus orthodoxos fuisse ac esse?

XXIV.

Huberus igitur uni versalem voluntatem Dei, qua omnium salutem expetit, protinus Electionis titulo insigniri imperans, & ab OMNIBUS orthodoxis Doctores hanc loquendi rationem pro dogmate recipi & usurpari debere διαγγέλλει contendens, nonne hoc ipso à libro Saxo-vica *Visitationis Apologetico* manifestissime dissentit?

XXV.

Imò uni versalem omnium temporum Ecclesiam condemnat? quandoquidem inde ab initio mundi usq; ad hoc postremum seculum Evangelij per Lutheri Ministerium sparsi, nullus Propheta, nullus Apostolus, nullus Evangelista, nullus ex uni versa antiquitate Scriptor Ecclesiasticus, ut neq; Lutherus, de omnium sine discretione hominum electione quicquam meminit, nec voluntatem uni versalem Dei erga omnium hominum salutem (quam aliàs suo loco nos cum illis religiosissime tuemur) sic appellavit: multò minus eam proprie sic nominari docuit, minime omnium verò hanc legem dictavit, ut hac & non alia loquendi ratione circa hoc fidei caput Christiane uterentur scholæ aut Ecclesiæ.

XXVI.

Tam appendix Huberi (sive credant sive non credant) constare nullo modo potest. Si enim maxime id velle salvari in antecedente voluntate Dei consideratum, idem esset, quod ad salutem eligere (diversum verò infra probabitur) tamen quia ne quidem hujus uni versalis Dei voluntatis respectu verum est, velle Deum omnes homines salvos fieri, sive illi penitentiam agant, sive non agant, sive in Christum credant, sive non credant; idcirco multò minus Electionis actus ab hac fidei limitatione se jungi debet.

XXVII.

Nam etiam antecedentem voluntatem suam Dominus expressa conversionis ac fidei determinatione in verbo circumscripsit. Ezech. 33. non ait Dominus: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut vivat, sive convertatur sive nō convertatur: sed inquit, *UT CONVERTATUR* & (sic conversus) vivat. Quemadmodum & Apostolus non ait: Deus vult omnes homines salvos fieri sive ad agnitionē veritatis veniant, sive non veniant: sed disertè adijcit; & ad cognitionem veritatis venire.



XXXVIII.

Porrò in constitutione status nec tantillum affingi Hubero, testatur ipse, in Actis Tubingensibus, his suis verbis: Si verè astruimus & sine fūco, Deum per Christum elegisse omnes homines ad vitam: certe actum illum jam in sese consummatum ita consideramus, ut respectu eligentis omnes homines sint electi ἐκλελεγμένοι, SIVE CREDANT, SIVE NON CREDANT. Quin imò DEFENDENDA est Phrasis hæc contra illos, qui obijciunt, Deum elegisse tantum credentes.

XXXIX.

Quodq; Huberus omnem respectum fidei ex actu æternæ prædestinationis penitissimè proscribat & eliminat, & in eo actu eligentis Dei, personas nudè, sine omni intuitu fidei in Christum, electas ad salutem esse somniet, hinc planum est, quòd eos etiam verè & propriè ad æternam vitam electos & prædestinatos esse contendit, qui in Christum nunquam crediderunt, nunquam etiam in omnem æternitatem credituri sunt; quod quid aliud est, quàm sub electionem salutis redigere homines, sive credant, sive non credant?

XL.

Adversarius enim considerationem fidei demum ad finem et effectum Electionis, hoc est, ad salutem consequendam requirit, & Electioni subternit: eidem verò Electioni usq; adè non includit illam, ut ejus intuitum non minus atq; operum respectum ex æterna prædestinatione proscribat.

XLI.

Act. Hub.  
Tubing.  
pag. 89.

Assertit enim manifestè in Responso suo ad Censuram VVirtembergensium Theologorum, esse nos ante omnem respectum fidei & operum nostrorum à Deo electos.

XLII.

Idcirco in confutatione brevi pagina 30. sic gannit: quod præterea obijcitur de octo requisitis (inter quæ nos & fidei respectum ex Concordiæ libro numeravimus) referendum est (inquit Huberus) ad EFFECTVM Electionis, pro quo consequendo omnia isthæc requiruntur.

XLIII.

Aliud est autem (pergit ibi Huberus) de ACTV DEI, aliud autem de EIVSDEM EFFECTV loqui. Actus Electionis ad sui PERFECTIÖNEM præter misericordiam Dei & sacrosanctum meritum Christi NIHIL requirit.

XLIV.

Et confut. brevi pag. 29. scribit de Concordiæ libro quod ponat misericordiam Dei & sacrosanctum meritum Christi causam Electionis planè totalem, & (addit Huberus) hac misericordia sola exhibita in merito Christi ABSOLVI eam audimus.



XLV.

Quoniam ergo D. Huberus statuit, divinæ Electionis Actum æternum penitus absolui, sola misericordia Dei in merito Christi exhibita, ita, ut ad actum Electionis præter hanc Dei misericordiam Christiq; meritum **NIHIL** requiratur: irrefutabiliter inferitur, ipsum fidei considerationem ex hoc Dei actu æterno palam proturbare, & statuere, pertinere sanè fidem ad **APPLICATIONEM** Electionis (sunt hæc iterum verba illius) non autem ad **CONSTITUTIONEM** Electionis Dei **IN SE SE** considerate.

In Actis  
Tubing.  
Huberia-  
nis pag.  
65.

XLVI.

Idcirco Huberus eos omnes pro Pelagianis habet; qui Electionem Dei æternam conderatione fidei in Christum determinant. Et certè si æternum illum Dei Actum salvifica in Christum fides ingreditur, necesse est, ut eum vel existentia suæ ratione ingrediatur (quod falsum est, cum ab æterno fides actu non existat, sed demum accendatur in tempore) vel relinquatur, ut includatur ei, quatenus nondum actu existens præcognitioni tamen omniscijs Dei subjacet.

XLVII.

At neq; hoc respectu fidem Electioni inclusam esse statuit Huberus, cum vel ad mentionem præcognita à Deo fidei totus in rabiem vertatur, et  $\alpha\gamma\omega\gamma\omega\sigma\tau\iota\mu$  illam fidei (quæ in mente Dei est æternus ille respectus ad verã in Christum fidem, suo tempore per Spiritum Sanctum in nobis accendendam) ad divinæ Prædestinationis actum ne tantillum quidem pertinere, furenter & ad ravam usq; clamitet, adeoq; Deum in eligendis hominibus aliquem ad fidem respectum suã omniscientia habuisse, pagina 38. prolixæ suæ assertionis Germanicæ, disertè neget.

XLVIII.

Certum igitur est, quod non ipsi per se Electioni considerationem fidei includat, sed Electioni sola misericordia & Christi merito jam consummata, perfectæ & absolutæ, postea fidem ad Electionis, sine omni respectu fidei factæ, **FRUITIONEM** duntaxat substernat, & solummodo ad effectum Electionis, atq; finem, salutem scilicet consequendum requiri autumat.

XLIX.

Idq; ostendit etiam aliter ipsius error de universali justificatione, quam cum sua universali Electione connectit, & ab omni prorsus intuitu & consideratione fidei in Christum penitus illam absolvit, eos etiam justificados & remissionem peccatorum (utiq; vi suæ illius Electionis) adeptos fingens, qui nunquam in Christum Iesum credunt, aut credituri sunt. Adeo certum est, salvificæ in Christum fidei considerationem ab actu Electionis Huberiano dogmate secludi,

50. Hinc



## L.

Hinc est, quod Electionem ad solos fideles DEI filios pertinentem, atq; sic fidei determinatione limitatam rejicit, eamq; suam (quam fingit) universali Electioni ἀντιπαρθετικῶς opponit: ἀντιπαρθετικῶς autem illam universali suae Electioni, oppositam esse non statueret, si universalis Electionis actui respectum fidei in Christum inclusum esse judicaret.

## LI.

Hinc absurdas has & in Ecclesia inauditas locutiones nuper *ef-*  
*Pag. 37.* *futivit, quae & mentem eius indicant, & totius negotij statum lucidissime*  
*Germani commonstrant. Velut cum ait, esse linguam novam, imò pronunciatum.*  
*ca Asserti. falsum, cum asseritur, Deum eligere credentes: imò Deum elegisse TAN-*  
*onis HU TV M incredulos, quales omnes naturâ sumus: Et oppositionem creden-*  
*berianæ, tium & incredulorum demum post applicationem habere locum.*

## LII.

*Pag. 5. ei*  
*us libri,* Quod quid aliud est, quàm Deum inter credituros & non credituros in omni aeternitate nihil distinxisse prorsus, sed & fide credentium & infidelitate impiorum ex oculis longissimè seposita, non minus verè, nec minus propriè elegisse, & ad vitam ordinasse ac praedestinasse eos, quos sciverat in Christum nunquam credituros, atq; hos, qui tota fiducia cordis ei adhaesuri erant.

## LIII.

Hæc opinio sacrosanctam justiciam Dei nefariè revellit, ut potè quam fingit in omni aeternitate eodem planè censu, loco ...mero habuisse pios & impios, credentes & incredulos, justos & injustos: quòd ab adoranda Dei justitia prorsus alienum esse, pater ille fidelium Abrahamus asserit, Gen. 18. idemq; Propheta Malachias tertio capite confirmat.

## LIV.

Simul partem aliquam divinæ Providentiæ labefactat hæc opinio, describens nobis Deum talem, qui ante condita secula & fidei suorum, & incredulitatis atque impœnitentiæ hominum impiorum spectator fuerit planè ociosus, qui nec de credituris præ incredulorum turba ad salutem ordinandis, nec de non credentibus judicandis ullum ab æterno consilium iniret, ullum vè decretum faceret: sed oculis ad fidem & incredulitatem hominum velut occlusis, eos, qui nec pœnitentiam acturi, nec in Dei filium credituri erant, non minus æternæ saluti addiceret, quàm qui in illum credituri erant ad vitam æternam.



## LV.

Sed & mutabilem nobis iste furor Huberianus introducit Deum, comminiscens, Deum in tempore demum inter credentes & non credentes discrimen facere: in tempore demum de judicandis impœnitentibus decernere; in tempore demum sic irasci incredulitati hominum, ut æternis eam supplicijs vindicandam statuatur, de qua punienda ante jacta fundamenta mundi ne cogitarit quidem, nedum quicquam statuerit.

## LVI.

Hæc tot tantaq; paradoxa si declinare volet adversarius, nolit velit, concedat necesse est, Deum in æterno consilio suæ Electionis, inter credentes in filium, & finaliter incredulos sic discrevisse, ut illos quidem salvare decerneret, atq; hoc decreto ad vitam ordinaret & eligeret: illos autem ob finale impœnitentiam Deo præcognitam judicare statueret.

## LVII.

Ita namq; Christus utrunq; decretum, non in tempore, sed ab æterno factum, nobis manifestavit Joh. 3. Qui credit in filium non judicatur, sed habet vitam æternam (nimirum ex decreto Electionis) qui non credit, jam judicatus est (ex decreto utiq; reprobationis, non absolute illius Calvinisticæ, sed incredulitatis consideratione limitata) quia non credit in nomen Unigeniti filij Dei.

## LVIII.

His ita concessis ac præmissis, porro fatendum erit Hubero, aut Deo ignota fuisse individuas, quæ per verbum convertenda, & in Christum creditura erant, quæ vicissim in impœnitentia perseveratura (talem autem Deum cæcum ignorat Christiana fides) aut in ipso illo æterno consilio sic inter ea discrevisse, ut hominibus, qui operatione Spiritus Sancti ad pœnitentiam & fidem per verbum aliquando converterentur, per decretum suæ prædestinationis salutem adscriberet, cæteris obstinatè incredulis nulla alia de causa, quam ob hanc incredulitatem relictis ac præteritis.

## LIX.

Neq; tamen reprobi ideo vel impœnitentes sunt vel increduli, quia Deus tales eos futuros prævidit, & impœnitentes judicare constituit: sed contra potius, quia ex perversa sua voluntate in impœnitentia infidelitateq; persistunt: idcirco Deus, cui ignotum nihil esse potest, id videt, & secundum tenorem justitiæ suæ tam severam in eos sententiam statuit. Cum quidem aliàs Spiritus Sanctus in ipsis quoq; per verbum operaturus fuerit, si non Spiritui Sancto obstinatè restuissent, atq; sic futuri fuissent



fuiſſent non ſub decreto reprobationis, & iudicij, ſed electionis & ſalutis.

L X.

Neq; enim vel à ſalute, vel ſalutiſera electione, unquam, vel ab eterno, vel in tempore, fuerunt reſecti absolute; neq; nobis vel cum electione absoluta extra Chriſtum ſide apprehendendum conſiderata, vel reprobatione absoluta Calvinistarum quicquam eſt commercij: quod in articulo Electionis ſuprà docuimus exemplo Pauli 1. Cor. 9. in doctrina reprobationis autem exemplo Tyrriorum & Sidoniorum Matib. 11.

L X I.

Determinata autem Reprobationis, ut modo definita eſt, decretum Adverſarius ſi concedit; ( non poteſt autem non concedere, niſi dicto Chriſti Ioan. 3. & formulæ Concordiæ litem moveat ) ſpontè jam ruit electio illa cunctorum etiam finaliter impœnitentium, niſi eosdem ſimul ab eterno dicat fuiſſe electos ad ſalutem ( ſine reſpectu vel ſidei vel incredulitatis ) & ab eterno reprobatos ob incredulitatem, id eſt, niſi contradictoria ſimul & ſemel ſtatuat eſſe vera.

L X I I

Si nihil adderemus, dicta & evicta cauſa eſſet, & immotis oſtenſum demonſtrationibus, electionem ſalutis non extendere ſe ad bonos pariter & malos, ſeu credentes & non credentes, ſed tantum ad credentes, hoc eſt, ut Concordiæ liber nominat, ad filios Dei.

L X I I I.

Placet verò ſententiam noſtram Sacrarum literarum pronunciatis & argumentis inde extractis amplius munire, & oſtendere, Deum non niſi hos, qui in ſervatorem mundi credunt, & ad ſinem perſeverant, ad regni cœleſtis hæreditatem elegiſſe & prædeſtinaviſſe.

L X I V.

Sit ergò hoc argumentum in ordine primum: Eligere ad ſalutem nihil aliud eſt, quàm ab eterno ſeu ante tempora ſecularia decernere, ſeu decretum facere, quos Deus actu quandoq; ſalvare velit. Decreuit autem ab eterno, quod actu ſalvare velit ſolos credentes. Ergo ſolos etiam credentes ad ſalutem illam elegit.

L X V.

Quamvis enim antecedente voluntate ſeriò exoptat, ut omnes in filium credant, & ſic per fidem ejus ſalventur: quamvis etiam hoc conſilio & beneplacito decernit unigeniti filij miſſionem in mundum, ut pro  
humanè



humani generis peccatis λύτρον solvat: tamen quia maxima mundi pars in hunc filium non credit: idcirco nec actu salvat omnes, sed eos solos, qui credunt Ioan. 3. Marci 16.

LXVI.

Manet ergo rata argumenti conclusio, quod eos etiam solos, nempe credentes in filium, ab aeterno constituerit salvare, seu (quod idem esse diximus) ad salutem ab aeterno praedestinavit & elegerit.

LXVII.

Hoc argumentum nullis machinis evertitur, sed tamdiu perstat inconcussum, donec probetur, eligere ad salutem homines ab aeterno, non esse idem, quod de hominibus actu salvandis aeternum ab aeterno facere decretum.

LXVIII.

Qua ratione contradicetur scripturae sacrae: contradicetur & formulae Concordiae: quae in Ep. tome vocem Electionis sic reddit: In Christo ELECTIO aeternae Dei patris est quae aeterna. Is in aeterno suo consilio DECREVIT, quod praeter eos, qui filium eius Iesum Christum agnoscunt & in eum vere credunt, neminem salvum facere velit.

LXIX.

Idem confirmat Christus in Evangelio, Ioh. 3. ubi & antecedentem aeterni Patris voluntatem explicat his verbis: Sic Deus dilexit mundum. Item: non misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut servetur mundus per eum.

LXX.

Et quia hunc filium non universus mundus recipit, iam in Consequente voluntate decretum aeternae electionis constituit, his conceptum verbis: ut omnis, QUI CREDIT in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et rursum: QUI CREDIT, non condemnatur: qui non credit, IAM iudicatus est, quia non credit in nomen unigeniti Filij Dei.

LXXI.

Eodem modo Ioan. 6. decretum praedestinationis ad vitam his enarrat verbis: Haec est voluntas eius, qui misit me, Patris, ut omnis, QUI CREDIT in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

LXXII.

Ubi excipi nequit, de decreto Electionis hic sermonem non institui. Certissimum enim est, non iam demum in tempore hanc esse Dei patris voluntatem, sed in ipso praedestinationis Consilio, proposito & decreto,



ante jacta mundi fundamenta fuisse hanc voluntatem Dei. & in ea fixam  
hunc ad fidem Iesu Christi respectum, ut is demum. **QVI CREDIT** in  
illum, vitam aeternam habeat, ad eamq; electus sit: qui non credit, aut in  
tempore gratiae non crediturus est, non sit ad eam electus, sed **IAM** ju-  
dicatus.

**LXXIII.**

Idcirco liber Concordiae dictum hoc saluatoris ex sexto capite Io-  
hannis allegatum, absq; ulla prorsus ambiguitate ad explicandum decre-  
tum electionis accommodat, hoc pacto: Christus unigenitus Dei filius, qui  
est in sinu Patris, nobis voluntatem Patris caelestis atq; hac ratione etiam  
**ELECTIONEM** nostram ad vitam aeternam annuntiavit, idq; his  
verbis: Pœnitentiam agite, & **CREDIT** Euangelio: appropinqua-  
vit enim regnum caelorum. Et alio loco ait: Hæc est voluntas eius, qui  
misit me, ut omnis qui videt filium, & **CREDIT** in eum, habeat vi-  
tam aeternam. Et alibi: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unige-  
nitum daret, ut omnis, **QVI CREDIT** in eum, non pereat, sed habeat  
vitam aeternam.

**LXXIV.**

Quæ dicta simul omnia Electionem Dei expressa determinatione ad  
credentes in Christum unice restringunt.

**LXXV.**

Quod & Paulus indicat, I. Cor. 1. ἐν δόκῃσ' placuit Deo per  
stultam prædicationem salvos facere **CREDENTES**.

**LXXVI.**

Queritur, an hoc in tempore demum Deo ita visum sit, ab aeterno  
verò sic ei visum non sit? Ni mutabilem Deum habere voles, ab aeterno  
& in ipso prædestinationis actu sic ei constitutum, sic visum esse, fatearis  
oportet.

**LXXVII.**

Proinde si Cardinalem questionem, inter nos & Huberum agita-  
tam, moveas, & quæras: quos in proposito aeternæ Electionis suæ de-  
creverit Deus salvos facere? ibi Christus & Paulus, unanimi voce re-  
spondent: **EOS, QVI IN CHRISTVM CREDVNT**: & præter  
eos **NEMINEM**, inquit Epitome libri Concordiæ.

**LXXVIII.**

Nec esse hanc Dei voluntatem consequentem, in qua propriè fun-  
data est aeterna Dei prædestinatio, antecedenti contrariam, sed eidem  
ὑπαδδιλωσ' subordinatam seu subalternam: illustri exemplo, quo Chri-  
stus utitur in Parabolis Matth. 22. & Luca 14. declaramus.



## LXXIX.

Rex ille ( Deus ) qui cenam magnam instruit suis convivis, & nuptias facit filio suo, vult & mandat sermō, voluntate antecedente ( quae misericordiae est ) ut omnes veniant & fruantur ejus cenae laetitijs.

## LXXX.

Hanc gratiosam voluntatem antecedentem amica invitatio seu vocatio ( quam nemo dicet hypocriticam, cui vel mica pietatis reliqua est ) ἐπιπροσέτιον demonstrat & evincit.

## LXXXI.

Quia verò magna vocatorum pars res alias agit, & ad cenam nuptiasque filij Regis venire negligit: jurat Rex ( secundum voluntatem consequentem ) quod nemo eorum, qui invitati venire detrectarunt, cenam suam gustaturus sit.

## LXXXII.

Vnde perspicuum evadit, ne quidem antecedentem voluntatem ejus sic indefinitam esse, ut ad participationem epularum cenae hujus destinet vocatos omnes, sive illi veniant sive non veniant, sed hac determinatione limitatam, ut vocationi pareant, & sic parendo sint ex electis convivis. Iuxta ipsiusmet Christi ἐπιπροσέτιον parabolae subjunctam: multi vocati, pauci electi.

## LXXXIII.

Quod Epiphonema Salvatoris potentissimè refellit monstruosum Huberi dogma, quo in libro Ambergensibus inscripto pag. 162. & 163. ut & scripto nostris propositionibus hic VVitebergae opposito, electorum cœtum non modo vocatorum numero aequat, sed ultra vocatorum cœtum ad eos etiam extendit, quibus ( ut olim gentibus Esaia teste cap. 52. ) nunquam de Christo quicquam annunciatum fuit: & totum genus humanum ex verbis Divi Petri nova interpretatione corruptis γένος ἐκλεκτῶν genus ELECTVM nominat: expressè & in faciem contradicens Christo asserenti, multos esse vocatos, paucos verò electos.

## LXXXIV.

Non equidem ideò, quod Deus ceteros, qui electi non sunt, ab electorum & salvandorum cœtu absolutè rejecerit, sed ob causas in ipsis modò commemoratis parabolis assignatas, quia videlicet divinam vocationem impiè sunt aspernati.

## LXXXV.

Quod autem Huberus jam inter ἐκλεκτοὺς καὶ ἐκλελεγμένους differentiam aliquam concedit, affirmans, omnes quidem esse ad vitam aeternam electos



electos εκλεκτους : opera pretium est, hac in parte vertiginis spiritum, quo raptatur, & rotatur attendere.

LXX XVI.

Cum enim aliàs nunquam non jactet, se de hoc doctrinae capite semper uniformiter docuisse : negare vicissim nequit, quod initio certaminis, scripto suo contra nos sparsu, imò etiam ante motum certamen in libro Ambergensibus nuncupato, universum humanum genus ( atq; sic non minus Turcas & Iudaeos, reprobos filij DEI hostes, quam fideles ) εκλεκτων γενεσ esse professus sit.

LXX XVII.

Idcirco in Actis Tubingensibus fatetur, se ( discrimen modò notatum initio non animadvertentem ) plusculum cecutivisse : atq; nihilominus in scriptis Acta illa Tubingensia insecutis contra hanc suam confessionem, os & conscientiam, de doctrina sua nunquam non uniformiter tradita, & ne tantillum quidem mutata, gloriatur impudentissime.

LXX XVIII.

Neq; verò commentitium illud discrimen posterioribus suis libris tradens, nobisq; ceu Ajacis Clypeum objectans, quicquam proficit aut efficit.

LXX XIX.

Id enim discrimen Christus ipse pridem confutavit, dum unos eosdemq; esse confirmat, & quos elegit Dominus, & electos εκλεκτους, cum ait : Propter ELECTOS ( εκλεκτους ) Quos ELEGIT Deus, abbreviabuntur dies Marci 13.

XC.

*Edit. Dresdensi.* In quam sententiam & Concordiae liber pag. 326. salvificam illam electionem nominat praedestinationem ELECTORVM filiorum DEI ( in germanico authentico die ewige vnd selichmachende Wahl der Aufferwehlten kinder Gottes ) & disertè profitetur, Deum ELECTORVM personas elegisse ad salutem, pag. 320. facie b. Dresd. Edit.

XCI.

Porro ad solos credentes pertinere Electionem DEI, Christus iterum atq; iterum liquidissime confirmat, Iohan. 13. de proditore suo dicens : Si hæc nostis, beati estis si feceritis, Non de omnibus vobis loquor, ego scio, quos elegerim : nimirum Iudam proditorem apertissime secludens & rejiciens ab eorum numero, quos elegit ad salutem. De Electione enim ad Apostolaturn hic non agi, vel inde patet, quod ad Apostolaturn, ipse quoq; Iudas electus fuit Luc. 6.



X C I I.

Iam cum ait Dominus Ioan. 15. si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego **ELEGI** vos. **DE MVNDO**, propterea odit vos mundus: nonne grammaticum significatum vocabuli Electionis evidentissimè confirmat, exponens id de separatione fidelium ab infidelibus, qui mundi appellatione veniunt, atq; sic per irrefragabilem antithesin, ceteros, qui & Christum & veros Christi discipulos oderunt, ob hoc ipsum ad vitam electos non esse declarans?

X C I I I.

Neq; enim hic de Electione ad Apostolatam agitur, aliàs etiam **INDAS**, quem ad Apostolatam electum fuisse Lucas perhibet, non esset de mundo, id est, ex impijs, quod absurdum & Evangelicæ historiæ manifestè contrarium est.

X C I V.

Diseritur autem hic de Electione ex **MVNDO**, ratione cuius homo de mundo esse desinit, ex infidelium quippè turba selectus & segregatus: quam electionem solis verè fidelibus, usq; omnibus communem esse, & non Apostolis tantum competere, textus ipse declarat, & Christus Ioan. 17. lucidissimè testatur.

X C V.

Quin & nota, quam citato loco Ioan. 15. Salvator exprimit, est verè electorum & ad salutem predestinatorum nota propria, quod videlicet impiorum odijs & persecutionibus sunt exposui.

X C V I.

Confirmatur amplius Electio solorum credentium precatone quoq; Christi Iob. 17. descripta. ibi namq; solos fideles à patre sibi (ratione aeternæ predestinationis) datos esse, tam clarè pronuntiat, ut si vel illarumpantur adversario, nullis tamen strophis aut glossis hanc cœlestis veritatis lucem obscurare queat.

X C V I I.

Sic ibi Dominus: Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi **DE MVNDO**. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum **SERVAVERVNT**. Et paulò post: Non pro mundo rogo, sed pro his **QVOS DEDISTI MIHI**.

X C V I I I.

Et qui sint illi, descriptionem ipsemet adiicit, dum eos sermonem à se predicatum servasse semel atq; iterum ait, quibus accenset eos, qui



qui porrò etiam futuris temporibus per sermonem Apostolorum credituri erant.

X C I X.

Vbi prædestinatorum & reproborum ( solo inquam, finalis impenitentia infidelitatisq; vitio reproborum ) antithesis tanta perspicuitate proponitur, & doctrina nostra de solorum credentium Electione, tanta firmitate astruitur, ut qui hoc inficiari velit, eum extrema cæcitate & amentia cordis laborare necesse sit.

C.

Congruit huc, quod Act. 13. Lucas refert, ad concionem Apostolorum, Pauli & Barnabæ, credidisse, quotquot ordinati erant ad vitam æternam.

C I.

Vnde sic argumentari licet: Quicumq; sunt electione Dei ordinati ad vitam æternam, hi in tempore gratia credunt prædicato Evangelij verbo; juxta verba Lucae; crediderunt. Q V O T Q V O T erant ordinati ad vitam æternam. At pleriq; hominum verbo Evangelij non credunt, nec ad fidem perveniunt ( obstante illis non absoluto quodam reprobationis decreto, sed perversitate propria, dum perpetuæ salutis τὰ ἔξω in DEI mente conceptam & præfinitam, adeoq; consilium DEI adversus semetipsos contemnunt: quod exemplo Iudeorum, contradicentium Apostolis et blasphema loquentiū, Evangelista Lucas ibidē ostendit ) Ob hoc ipsum ergò à Deo, præfracti hujus contemptus præscio, ad vitam ordinati non sunt.

C I I

Sed & Divi Pauli textus ille verè Apostolicus Rom. 8. Huberiano dogmati nervum omnem incidit, ubi sic concionatur Apostolus: Quos præscivit, hos & prædestinavit: quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, hos & glorificavit.

C I I I.

Non docet Apostolus Huberianam prædestinationem omnium indiscretè hominum, sed eorum duntaxat, quos speciali ratione præscivit Dominus, quos in tempore per verbum Evangelij vocat, quos vocatos justificat, quos justificados tandem glorificat.

C I V.

Huberus è converso prædestinatos eos etiam comminiscitur, qui neq; hoc modo præsciti sunt, nec in cætu versantur vocatorum, nec justificantur per fidem, nec deniq; glorificantur: atq; sic non jam nobis, sed gentium



gentium Doctore, Paulo Apostolo, dicam scribit, & bellum indicit.  
CV.

Quin neq; typus ille Iacobi & Esau, Rom. 9. ex Genesi & Malachia productus, ad negociam predestinationis ulla ratione quadrabit, si credentibus adimatur Electionis prerogativa, eodemq; pariter habeantur loco hi, qui in filium DEI credunt, & illi alteri, qui non credunt. Qua ratione Paulus dictum modò typum suæ aptans disputationi non nisi ἀνακόλυσθα poneret, & ex arena funiculos neberet. Præstat autem Huberi dogma repudiare, quàm Diuo Paulo hanc notam absurditatis impingere.

CVI.

Inexpugnabilis est quoq; locus 1. Cor. 1. qui sic habet: Videte vocationem vestram, fratres, quoniam NON MULTI sapientes secundum carnem, NON MULTI potentes, NON MULTI claro genere nati; sed quæ stulta erant secundum mundum, ELEGIT Deus, ut pudesceret sapientes, & quæ erant imbecillia in mundo, ELEGIT Deus, ut pudesceret ea, quæ sunt robusta, & quæ ignobilia erant in mundo contemptaq; ELEGIT Deus, & ea, quæ non erant, ut ea, quæ sunt, obliteraret.

CVII.

Et structura textus, & verborum sonus, & triplex instituta antithesis, & assignata ac identidem repetita ratio (cur quæ stulta, imbecillia et ignobilia erant, elegerit Deus, nimirum ut pudesceret sapientes, robustos et claros Evangelicæ doctrinæ contemptores) irrefutabiliter evincunt, Paulum hic non uniuersalem omnium hominum, sed NON MULTORVM id est, paucorum electionem astruere potentissimè.

CVIII.

Quomodo enim militaret subiecta ratio, (ut stultorum secundum mundum, imbecillium & ignobilium electione confunderet sapientes, robustos, claros) si hi non minus, atq; illi, ad æternæ vitæ κοινωνία electi forent?

CIX.

Quod si obmurmurabit Antagonista, non agi hic de Electione, sed de sola vocatione paucorum: præterquam quod eum redarguit tenor Apostolici textus, sequetur insuper ex Huberi ineptissima interpretatione, omnes quidem à Deo esse electos (hoc enim sentit ille) paucos verò seu non multos vocatos: secus quàm Christus decernit, inquiens: multi vocati, pauci electi.

D

110, EX



CX.

Ex proposito autem absurdus esse maxime Adversarius, quam demonstrata veritati cedere, quando insanit. Paulum per stulta, imbecillia ignobiliaq, quæ Deum elegisse scribit, non homines intelligere, sed Christum & doctrinam Evangelij.

CXI.

Hoc lepidum commentum si recipiatur, sic stabit glossa Huberiana: Videte vocationem vestram fratres, quoniam non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati, sed Christum & doctrinam Evangelij elegit Deus, ut pudefaceret sapientes, & Christum & doctrinam Evangelij elegit Deus, ut pudefaceret ea, quæ sunt robusta, & Christum & doctrinam Evangelij elegit Deus, & ea, quæ non erant, ut ea, quæ sunt, obliteraret.

CXII.

Hic sensus num auctori Apostolo in mentem unquam venerit, an verò Huberus per jocum studeat Deo & mundo eludere, tantum ut Divi Apostoli textum (quippe dogmatis sui iugulū petentem) quoquo modo hebetet & obscuret: penes Ecclesiam Christi iudicium esto.

CXIII.

Vt autem in percensendis testimonijs Spiritus sancti progrediamur: Paulus Eph. 1. ante mundi constitutionem in Christo electos docet, ut clarissimus verborum contextus arguit, sanctos ac fideles, qui in tempore gratiæ participes sunt benedictionis celestis, adoptantur in filios, sperant in Christo, & remissionem habent peccatorum, quam solis credentibus obtingere, indubitata veritas est.

CXIV.

Idcirco de illis, qui sic à Deo prædestinati sunt, effatur, quòd ascitū sunt in sortem. Quam verò sortem? utiq, eam, quæ Act. 26. hominibus per fidem sanctificatis adscribitur, & Coloss. 1. sors sanctorum in lumine nuncupatur.

CXV.

Quamobrem & Concordiæ liber hunc tractatum Pauli Eph. 1. ad solorum credentium Electionem ab æterno factam incunctanter refert, idq, non semel tantum, sed vice tertia.

CXVI.

Velut in Epitome, his verbis: Verbum Dei deducit nos ad Christum: is est liber ille vitæ, in quo omnes inscripti & electi sunt, qui salutem æternam



nam **CONSEQUUNTUR**. Sic enim scriptum est: Elegit nos in Christo, ante mundi constitutionem, Ephes. 1.

CXVII.

Et in ipsa formula: **Æterna electio seu predestinatio Dei ad salutem, non simul ad bonos et ad malos pertinet, sed tantum ad filios Dei, qui ad eternam vitam consequendam electi & ordinati sunt, priusquam mundi fundamenta jacerentur: ut Paulus inquit Eph. 1. elegit nos in Christo Iesu & predestinavit in adoptionem filiorum.** Vide Germanicum Exemplar authenticum.

CXVIII.

Et rursus: Qua de causa **Electi sic describuntur, Ioan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego do illis vitam æternam. Et EPHE S. I. Qui secundum propositum ordinati sunt ad hereditatem, hi audiunt Evangelium, CREDUNT IN CHRISTUM, orant, gratias agunt, sanctificantur in charitate &c.** Vide & hic exemplar Germanicum.

CXIX.

Si ergo volet Huberus rationem habere juramenti, quo se astringit Libro Concordiæ: d. sinet posthac locum hunc Eph. 1. suæ aptare electioni omnium hominum, etiam nunquam credentium, & unâ nobiscum fatebitur, de ijs solis exponendam esse, qui salutem **CONSEQUUNTUR**, & pertinere **TANTUM** ad filios Dei, ad eos scilicet, qui audiunt Evangelium, **CREDUNT** in Christum, orant, gratias agunt &c.

CXX.

Repetit eandem sententiam de speciali credentium Electione Paulus 2. Thess. 2. quando de reproborum Antichristi satellitum apostasia conionatus, mox per antithesin subjungit: Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti à Domino, quod elegerit vos Deus ab initio in salutem, per sanctificationem spiritus, & **FIDEM** veritatis.

CXXI.

Hæc de Electione verba, si ad infideles etiam homines abripias, concidet adjecta determinatio fidei, concidet antithesis, qua Thessalonicenses fideles ab infidelibus illis Antichristi sectatoribus per electionem salutis ostendit esse separatos.

CXXII.

Sed neq; hoc prætereundum est, quod fideles Thessalonicenses certos esse scribit de Electione sua 1. Thess. 1. Vnde verò certi sint? num hinc, quod homi-



homines sunt ( sicut ex Huberiana doctrinae principiis concludendum erat? Minimè verò; sed hinc quòd Euangelium Christi fuit in ipsis effi-  
cax, SCITIS, inquit Apostolus, electionem vestram, quoniam Evange-  
lium nostrum fuit erga vos non per sermonem solum, verùm etiam per  
virtutem et per Spiritum sanctum. A posteriore ergo, nempe ex fidei effi-  
catia deprehendere quiverant, esse se eorum numero comprehensos, quos  
ad salutem ab initio elegit Dominus.

CXXIII.

Et quid ad institutum nostrum firmandum potentius est eo, quod 2.  
Tim. 2. legitur? Vbi, postquam Hymenaei & Phileti meminerat, qui ali-  
quorum fidem subverterent: immediate, per manifestam reproborum et  
prædestinatorum antithesin, subjungit Paulus hanc commemorabilem sen-  
tentiam; Solidum stat fundamentum Dei, habens signaculum hoc: Novit  
Dominus, qui sint sui. Quam Paulini textus pericopen de prædestinatis  
sonare, & solos describere credentes, longè certissimum est, haud aliter  
ac si notanter totidem verbis exprimat; novit Dominus fideles suos.

CXXIV.

Novit autem illos utiq; non in tempore demum, sed inde ab aeterno.  
Ab aeterno igitur, in ipso fundamento salvificæ prædestinationis, firma  
stat & inconcussa & æu sigillo Dei obsignata hæc sententia: Novit Do-  
minus, qui sint sui: atq; sic in ipsa aeternitate hos, qui in filium constan-  
ter erant credituri, à cæteris finaliter infidelibus & impœnitentibus be-  
nefica sua electione determinavit, & solos hos in Christum verè ac perse-  
veranter credentes ad salutem elegit.

CXXV.

Idcirco & Divus Iacobus ex multitudine pauperum hujus mundi  
non indifferenter quosvis ad regnum cælorum electos ait, sed eos pauperes,  
qui divites sunt FIDE, qui heredes erunt regni promissi: quam creden-  
tium esse πειρασμοίσι negat Huberus, negat solem lucere summo me-  
ridie.

CXXVI.

Plura testimonia sacrae scripturae congerere nihil attinet: Hæc e-  
nim universis, qui veritatem amant, abundè satisfaciunt, nostramq; do-  
ctrinam de solis credentibus ad aeternæ vitæ possessionem electis ac præ-  
destinatis firmissimè constabiliunt, & Huberianum dogma, quo specialis  
credentium Electio damnatur, & quædam alia confusa, credentium pa-  
viter & non credentium, aßeritur, funditus evertunt.



CXXVII.

Que omnia cum ita, uti dictum est, comparata sint: quis non mi- In parte  
retur portentosam audaciam & vanitatem Huberi, scriptitantis, nec posteriore  
phrasi nec re consonum esse scripturæ, eligi ad vitam credentes: & esse Actorum  
phrasin à sacris literis alienam, quod Deus CREDENTES ad vitam Tub.  
elegerit: imò Deum elegisse tantum incredulos, quales omnes naturâ sus pag. 99  
mus: & esse linguam novam & affirmatum falsum, si quis asserat, De-  
um vel eligere vel elegisse CREDENTES.

CXXVIII.

Rectum

Demonstratum econtra est, esse hanc phrasin, ipsius scripturæ, imò Germ.  
Spiritus Sancti linguam, vocem & affirmatum catholicum, quod creden- pag. 40.  
tes in filium Deus ad salutem præordinavit, cum audiamus, Deum elegisse & 41.  
ἐκλεκτοὺς ELECTOS Marc. 13. quorum appellatione solos credentes eodem  
notari, ne Huberus quidem amplius inficiari audet: Item elegisse & sub lib. pag. 8  
ratione prædestinationis filio suo dedisse eos, qui sermonem ejus SER-  
VANT, qui per sermonem Apostolorum CREDUNT in eum. Iob. 17.  
qui ad Christum VENIUNT, secundum illud: OMNE, quod dat  
mihi pater, VENIT AD ME. Ioan. 6.

CXXIX.

Imò hanc ab æterno esse voluntatem & εὐδοκίαν patris, ut qui  
CREDIT in filium, habeat vitam æternam, Ioan. 6. & 1. Cor. 1. Et  
ad vitam ordinatos esse, qui CREDUNT. Act. 13. seu (ut prædestina-  
torum habet, πεισθησασίς) qui in Christo CREDITURI erant ad vi-  
tam æternam 1. Timoth. 1. Similiter ad salutem prædestinatos esse eos,  
qui IUSTIFICANTUR Rom. 8. (Iustificantur autem soli creden-  
tes Rom. 3.) prædestinatos esse eos, qui tandem glorificantur (glorifica-  
buntur autem soli in Christum credentes, universa scriptura teste) præde-  
stinatos esse eos, qui in tempore gratiæ SPERANT in Christo, qui habent  
remissionem peccatorum, et asciti sunt in sortem sanctorum: Ephes. 1. imò electos  
nos esse in FIDE veritatis 2. Thes. 2. quæ fides hac de causa dicitur fides  
electorum DEI. Tit. 1. prædestinatos esse hos, quos Dominus novit esse SV-  
OS (Pro suis autem agnoscit solos credentes, ad reliquos diciturus: nun-  
quam novi vos Matth. 7.) electos à Deo esse hos, qui divites sunt IN FI-  
DE, qui heredes erunt regni, Iacob. 2. & ut numero complectar, præde-  
stinatos esse (teste formula Concordiæ, in quam juravit Huberus)  
TANTVM filios Dei: filij autem Dei sunt soli CREDENTES, Læ-  
vo Iohanne & Apostolo Paulo contestantibus, Ioan. 1. & Gal. 3.



C X X X.

*Affert.*  
*Germ.*  
*pag. 5.*  
*Nur un-*  
*gleubige*  
*Mensche*

Eat nunc Huberus, & Spiritus sancti linguam amplius emendare præsumat, grunniendo, alienum esse à scriptura, quod Deus CREDENTES elegerit, imò contendendo, Deum TANTVM INFIDELIS elegisse, quales omnes simus natura: adeoq; ad vitam æternam possidendam elegisse omnes promiscuè, sive credant, sive non credant. Quibus tertris paradoxis ceu sorex suo se iudicio prodit, quod ab Actu Electionis diuina respectum præcognita à Deo fidei sequestret impiè, atq; hac ratione specialem ex Deo Electionem credentium tanta nube testimoniorũ Spiritus sancti solidissimè astructam furenter oppugnet.

C X X X I.

Sequentia ergò dogmata Huberi tanquam à scriptura Prophetica & Apostolica propalàm aliena, damnamus expressè. Primò, quod Antecedente Domini voluntate cunctos mortales ad possidendam æternam hæreditatem electos, ordinatos & prædestinatos esse garrit, sive in Redemptorem Christum credant, sive non credant,

C X X X I I.

Deinde quod particularem Electionem credentium, fidei consideratione limitatam, & in voluntate Dei consequente fixam, contra tot aperitissima sacrarum literarum testimonia Calviniana impietatis condemnat,

C X X X I I I.

Tertiò, quod fingit, Deum & fidei suorum, & impænitentiæ reprobatorum, fuisse spectatorem ab æterno planè ociosum, utpote qui nec ad fidem Iesu Christi ullo respectu habitò credentes præ incredulis elegerit: nec de incredulitate, contumacia, contemptu verbi sui & impænitentiæ reprobatorum puniendâ quicquam ante jacta mundi fundamenta statuerit & decreverit: planè ut Epicuræi Deum omnis impietatis humane spectatorem fingunt ociosum,

C X X X I V.

Et ut totius Huberiana structure moles atq; turris illa Babylonica, quam ad famam nominis sibi comparandam invito Deo nititur excitare, cælestis doctrine fulmine simul ac semel à fundamentis suis diruatur: querimus ex illo, num decretum illud iudicij, quo de concionatur Christus, Iob. 3. ( qui non credit, I A M iudicatus est ) factum putet, in tempore demum, an verò ab æterno? Vtrumlibet affirmaverit, dabimus eod. Deo hanc operam, ut totius, quam defendit, causæ naufragium faciât.



CXXXV.

Si dixerit, in tempore demum & non ab aeterno, ( ut hoc modo etiam perseverantes in infidelitate sub complexum universalis suae Electionis redigat ) tum dictae modo impietatis et aeternae tenetur reus absq; controversia: fingens, Deum ab aeterno ad incredulitatem, impenitentiam, & contumaciam reproborum, vel planè caecum ( quod esset una opera Christianam religionem omnem proycere ) vel adco desidem, adeo hominum obstinatam contumaciam pro nihilo ducentem, ut de punienda ea ne cogitet quidem, nedum aliquod decretum sanciat: sed veluti clausis ad eam oculis impios illos divinae gratiae contemptores ad salutem non minus ordinet, eligat ac praedestinet, quam obsequentissimos quosq; fideles.

CXXXVI.

Si respondeat, Deum illud iudicij decretum ( qui non credit, iam iudicatus est ) sanxisse ab aeterno ita, ut omnes quidem homines ad salutem elegerit, sive in tempore gratiae credituri sint in filium, sive non: Deinde verò in ipso illo aeterno consilio, ANTE CREATIONEM MUNDI inito, Electioni, absq; fidei respectu jam factae & consummatae, hanc τὰξίς substraverit, ut qui in tempore crediturus esset, salutem, ad quam sine fidei consideratione electus sit, consequeretur: qui verò non crediturus, damnaretur: tum hac concessione Huberus & principijs suis, et hinc enato dogmati tale infliget vulnus, cui sanando remedium nullum inveniri queat.

CXXXVII.

Primò enim assertiones suas alibi nobis oppositas confutabit ipse: *Nettung* puta, cum doctrinam de gradibus divinae dilectionis reijcit, & merum *Lu-* *pag. 182.* *dibrium* esse blaterat, quod Deus plus diligat eum, qui credit, quam alterum, qui non credit.

CXXXVIII.

Quomodo enim Deus non plus diligat credentes, quam non credentes, si ab aeterno τὰξίς hanc constitutam habet, ut illi quidem salutem consequantur, hi verò propter incredulitatem suam damnentur?

CXXXIX.

Deinde si ab Hubero τὰξίς haec credentes & non credentes ratione salutis vel consequendae vel non consequendae determinans, ante posita fundamenta mundi ordinata conceditur: cur ergo scribit in prolixo suo Commento ( *Nettung pag. 5.* ) oppositionem credentium & non credentium valere demum *POST APPLICATIONEM?* cur eandem



eandem in ceteris scriptis suis in TEMPORALEM EVENTUM  
reijcit?

CXL.

Ne ruing  
pag. 213.  
221. 224.  
Sed & pronunciatum suae Metaeologiae subvertet aliud, quo con-  
tendit, Deum nec voluntate antecedente (quod sanè & nos statuimus)  
nec voluntate consequente (quod falsum & Huberianum est) velle cu-  
jusquam hominis mortem aut interitum; hoc pacto justitiam Dei non ob-  
scure abnegans, quæ omnino VULT, ut qui omne consilium Dei spreve-  
rant impiè, judicentur & damnentur; secundum illud: non obedierunt  
voci patris sui, quia Dominus VOLUIT illos occidere 1. Sam. 2. Et:  
quos VULT, indurat Roman. 9. & VOLENS ostendit iram suam  
adversus vasa iræ, hoc est, adversus reprobos divini verbi sui contem-  
ptores, Ibid, voluntate, inquam, non antecedente, quæ semper misericor-  
diæ est, sed judicij, quam consequentem nominant.

CXLI.

Cum ergo D. Huberus ita sentiat & doceat: edisserat, agè, quo-  
modo sancire potuerit Deus τὰς ἐπι illam de secludendis à consecutione sa-  
lutis & judicandis impœnitentibus & incredulis? Quæ enim Deus ipse  
sancit & ordinat, ea utiq; VOLENS sancit & ordinat.

CXLII.

Et an non ex ea, quam diximus, concessione, eidemq; superadditis  
Huberiana interpretatione, statuendum erit, non jam unum aliquod in æ-  
ternitate sancitum salvationis decretum: sed diversa duo, quorum unum  
euertat alterum?

CXLIII.

Primò enim factum esset decretum electionis, quo ad salutem elegis-  
set Deus omnes homines, sive credituri essent, sive non credituri. Deinde  
huic decreto electionis, tanquam quod ad salvationem hominum procu-  
randum insufficiens esset, substerneretur illa τὰς ἐπι, in priore decreto &  
actu Electionis (per oblivionem forsitan) neglecta, qua consecutio salutis  
decerneretur his, qui crederent, negaretur ijs, qui non crederent.

CXLIV.

Ita qui per decretum ipsiusmet Electionis ordinati essent ad vitam  
ab æterno (sine respectu vel fidei vel incredulitatis) hi protinus per de-  
cretum substrata τὰς ἐπι ab eadem vita rejecti essent itidem ab æterno,  
non sine contradictione manifesta & in omnem perpetuitatem indisso-  
lubili.

145. Taceo.



CXLV.

Taceo, quod hoc altero decreto τὰξιν, ( Electioni, secundum Huberum, non incluso, sed eidem in sese jam consummatae subordinato, ex hypothese tamen ab aeternitate constituto, ) labefactaret adversarius ea, quae unquam usquam contra praescientiam fidei in hoc certamine dixit, scripsit & disputavit.

CXLVI.

Etenim si fidei ( quantumvis actu nondum existentis, Deo tamen praecognitae ) respectus includi potest huic aeterno decreto τὰξιν ( quod Huberus a decreto & actu electionis distrahit ) cur non possit ejusdem praecognitio & aspectus sive respectus includi Electioni ipsi?

CXLVII.

Et cur divellenda esset ordinatio illa τὰξιν ab ipsamet Electione, cum tamen eligere ad salutem nil quicquam sit aliud, universa scriptura teste, quam ab aeterno decretum facere de hominibus salvandis actu? quod ad solos credentes pertinere supra firmissimè demonstratū est.

CXLVIII.

Hac & fusius & accuratius proponenda duximus, ut sole clarius effulgeat, sive Huberus decretum reprobationis incredulorum in applicationem, seu, ut ipse loquitur, in temporalem eventum rejiciat: furores Epicureos supra notatos sapere hanc ipsius universalem, Electionem, sive id in aeternitate sancitum largiatur, non posse juxta illud consistere Huberianam Electionem quorumvis etiam impoenitentium, nisi eosdem ab aeterno & actu ad salutem electos, & simul actu a salute reprobatos esse nugacissime contendat, sibiq; ἀντιφάσεως nullis unquam saeculis expediendis laqueos imprudenter induat.

CXLIX.

Semper autem quando de Reprobatione differimus, protestationem nostram contra spiritum mendacij, quo agitur Huberus, subintellectam volumus, reprobationem a nobis doceri non Calvinistaram, quae ex Dei aeterno & absoluto beneplacito ( SINE RESPECTU INCRE-  
DULITATIS AUT IMPOENITENTIAE praevisae ) dependeat, sed reprobationem diserta incredulitatis ad finem usq; durantis consideratione descriptam.

CL.

Cumq; sonora voce praedicemus, potuisse reprobos quoq; usurpatione mediocri ad fidem & salutem adduci ( quod ipsum praecognovisset Deus, atq; sic non reprobis sed electis eos adscripsisset ) facile quisque cernit, primarium Huberi argumentum ab universali Redemptione generis humani sumptum, unà cum ceteris, scopum disputationis non

E

attingere,



attingere, sed extra oleas ferri, & tantum valere ad absolutum decretum Calvinisticum evertendum, quod & nos, Dei beneficio, haecenus & fortiter & feliciter oppugnavimus.

CL I.

Nettungs-  
schrift  
pag. 121.

Id verò argumentum sic proponit Adversarius: Si Christus in tempore secundum mandatum & ordinationem Patris OMNES homines à peccato & morte redemit: utiq; fuerunt prius in Dei ordinatione, consilio & mandato, ante exordium mundi, omnes homines in ipso electi ad vitam. At prius verum; Verum igitur & posterius.

CL II.

Sed respondemus initio, constanter nos docere, Christum ex decreto, consilio, ordinatione, beneplacito & mandato aeterni patris OMNES ad unum mortales, nullo unquam aut usquam excepto, liberasse à peccato, morte, & aeterna damnatione.

CL III.

Idcirco nostra Ecclesiae indubitanter hinc inferunt, Deum nunquam, neq; ab aeterno, neq; in tempore, ullum hominem simpliciter & absolute vel ab Electione, vel salute ipsa rejecisse, sed qui in Electionis consilio praeteriti sunt, hos ob solam incredulitatem exclusos esse, non quod ideo sint deploratè & ad finem usq; increduli, quia Deus illos (propter incredulitatem) rejecit, sed econtra potius, quia vitio propriae contumaciae in incredulitate mansuri erant; ideo sunt rejecli & praeteriti.

CL IV.

Poterant verò & ipsi, si non obstinatè media salutis repudiassent, operatione spiritus sancti converii & salvari, atq; sic fuissent ipsi quoq; ex praedestinati & salvandi; neq; enim illos vel à praedestinatione sua, vel à salute, simpliciter & absolute rejecit Dominus.

CL V.

Quod autem Deus pater decernit, ut filius patiatur etiam pro his, quibus unigeniti filij passio (propter incredulitatè illorum) salutaris nunquam erat futura: facit hac in parte Deus, quod suae est immense φιλανθρωπίας & infinita misericordiae, quam in eo mirificè testatam reddit, dum nihil omittit eorum omnium, quae ad totius generis humani reparationem spectant, quantumvis salutaris effectus apud plerosq; (solius incredulitatis vitio) praepediatur: Quemadmodum & in ministerio Verbi non certè sine mandato & ordinatione sua Verbum salutis annunciarè vult etiam his, quos nunquam id recepturos novit exactissime, ut quam locupletissime testetur, nolle se ullius hominis mortem ac interitum absolute, sed potius hoc unum velle & agere, ut acta poenitentia vivant.

156. Quid,



CLVI.

Quid, quod pati debuit Christus ( utiq; non sine mandato & ordinatione patris ) pro his etiam, qui tempore passionis & mortis ipsius iam versabantur apud inferos, nullis unquam modis aut rationibus inde liberandi ?

CLVII.

Quemadmodum autem hi debebant suis temporibus, cum adhuc essent in via, per fidem sibi applicare venturi Messiae meritum, qua ratione damnationis supplicium evitassent: sic omnes impij in die salutis, ut scriptura nominat, & dum praedicatur eis verbum gratiae, debebant Christum apprehendere vera fide ( quam Deus per praedicatum verbum in ijs operari constituit, qui illud audiunt, & spiritui sancto non pertinaciter oblectantur ) atq; sic à salutifera praedestinatione nullo usquam decreto fuissent exclusi aut separati, sed eidem infallibiliter inclusi, à qua verè nunc non ex ullo vel odio vel decreto Dei occulto & absoluto, sed ob solam infidelitatem & impoenitentiam finalem sunt reprobati.

CLVIII.

Ostendat autem D. Huberus ullum Ecclesiae Doctorem, sive Patriarcham, sive Prophetam, sive Apostolum, sive quemcunq; tandem ex universa Antiquitate Scriptorem Ecclesiasticum, qui ex sacrificio mortis Christi pro totius mundi peccatis praestito, inferret, omnes homines esse ad aeternam beatitudinem electos, ordinatos, praedestinos, sive in hunc crucifixum Dei filium credant, sive illum cum omnibus beneficijs suis à se repellant. Nullus omnium ita docuit cunctis antecessis seculis, ut neq; hoc ultimo seculo vel Lutherus, vel alij sinceri Ecclesiarum Doctores, Unde quid & de tota doctrina Huberiana, & speciatim de hoc ipsius argumento, ( quo sibi tamen in theatro orbis Christiani mirificè placet ) habendum sit, quisq; non omnino vecors perfacile iudicabit.

CLIX.

Quemadmodum & reliqua ejus sophismata in nihilum abeunt, quàmprimum ostenditur, à nobis eam Electionem, adversus quam Huberus in scriptis suis tumultuatur, non doceri, sed illam nobis ab effroni homine impingi nequiter.

CLX.

Hoc enim illius perpetuum artificium est planè veteratorum & sy-cophanticum, ut quicquid à nobis de electione determinatè proponitur, id calumnijs suis ad indeterminatam & absolutam Calvinistarum Electionem malitiosè detorqueat, & lectoribus hunc fucum faciat, quasi doceamus,



Vide ipst. us Confut. brevem pag. 26. & 27.  
mus, quosdam paucos sic à Deo ad salutem electos esse, ut **NULLA IN-  
CREDULITATE** hinc excidere possint; ceteros autem ab illa Dei  
Prædestinatione, ab æterno, ante omnem ortum suum, sic esse reiectos,  
ut ex Electis & salvandis in omnem æternitatem esse nequeant.

CLXI.

His ita ceu fundamenti loco positis obscenis ac pudendis mendacijs  
suas deinde tragicas declamationes superstruit, quibus integra convitio-  
rum, et horribilium criminationum, calumniarumq; plaustra in nos con-  
gerit, occidentẽ adversum nos immani nisu commovere satagens, omnemq;  
consolationem hoc errore (quem videlicet nobis affingit impudentissime)  
rentatis conscientijs simul ac semel adimi deblaterans.

CLXII.

Verum sic vociferanti adversario responsum hoc damus, ad consola-  
tionem perturbatarum conscientiarum nihil opus esse Spiritui sancto fal-  
sis principijs: sed solidam eis constare consolationem, quod ab Electione  
Dei **NEMINEM** exclusum palam docemus, præter hos solos, qui se per  
finalem incredulitatem hinc excludunt ipsi.

CLXIII.

Deinde quod huic speciali Electioni credentium universalis illa Domi-  
ni voluntas, qua omnium hominum salutem sitit & expetit, non  $\alpha\lambda\lambda\alpha\phi\alpha\tau\iota\kappa\omega\varsigma$   
opposita, sed ita subordinata est, ut electio credentium, non mi-  
nus atq; justificatio, qua & ipsa solos credentes complectitur, salvam &  
inconcussam relinquat Dei universalem erga homines  $\phi\iota\lambda\alpha\nu\theta\epsilon\omega\pi\iota\alpha\varsigma$  &  
misericordiam, omnis consolationis plenissimam.

CLXIV.

Vnde & redemptionis per Christum partæ, & promissionum Evan-  
gely sarta tecta constat universalitas, qua conscientie perturbatæ contra  
ignita tela Satanae sese erigere per Dei gratiam validè possunt.

CLXV.

Maximè verò solari se possunt sua vocatione per verbum, quin &  
usu sacramentorum, quod baptizati, & per baptismum Christo sunt in-  
fili. Cum enim vocatio Dei nunquam sit simulata, neq; illius unquam  
Deum pœniteat Rom. II. indubitatum ea  $\tau\epsilon\kappa\mu\acute{\iota}\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  est Dei erga nos bene-  
ficæ voluntatis, qua bonum opus in nobis inchoatum confirmare & ad  
optatum finem perducere clementer constituit, dummodo (inquit Liber  
Concordiæ) non ipsi nos ab eo avertamus, sed initium substantiæ usq; ad  
finem, firmum retineamus: ad quam perseverantiam Dominus suam nobis  
gratiam promisit.

ET



ET HÆC QUIDEM DE  
ELECTIONE SALVANDORVM, CON-  
TRA HVBERI ABSVRDITATES, HAC VICE PRO-

posuisse sufficiat. Quia verò ille in Concordiæ Christianæ librum  
ab Ecclesijs Augustinæ Confessionis receptum in sua Doctos  
rali promotione solenniter iuravit, nos ceu coronidis lo-  
co demonstrabimus, quàm bellè ei cum doctrina li-  
bri Concordiæ conveniat, & quàm pulchè  
suum illud iuramentum servavit.

ANTITHESSES DOCTRINÆ  
*vera libri Concordiæ, & Hube-  
riana falsa.*

LIBER CONCORDIÆ.

*Antithesis I.*

**L**iber Concordiæ de Electio-  
ne differens, articulū hunc  
plenè & ex professo tractat, hoc  
sine, ut is omni ex parte, non  
modò contra hæreses jam tum  
exortas, sed etiam venturis  
temporibus exorturas, ad uni-  
versam posteritatē, quoad ejus  
fieri posset, quàm diligentissi-  
mè muniretur. Fuit enim Auto-  
rum libri consilium, providere  
dilectæ posteritati, & hac pia  
solidaq; explicatione futuras e-  
tiam dissensiones apud nostros  
præcavere. Verum nos dicere  
testatur primū Epitome, sic  
Articulū istum exordiens:  
De hoc articulo non quidem  
publicè

HVBERVS.

*Antithesis I.*

**H**uberus licet frontem fortissi-  
mè perfricuerit; stimulo tamen  
reclamantis conscientie in has an-  
gustias redigitur, ut scripserit in  
suo prolixo scripto germanico page  
521. optare se, articulū hunc in  
libro Concordiæ fusius esse tracta-  
tum: nimirum per sentiscit, suo dog-  
mati nihil illum patrocinari, obesse  
autem plurimum. Optat ergo, fusi-  
us autores locum hunc (intermissis  
scilicet & infartis Huberiana regæ-  
τολογία portentis) pertractasse.  
Addit autem homo ad stuporem usq;  
vanus & impudens hæc verba: qui  
illum conscripserunt, EXCVSANT  
ipsi sese, quod tum temporis haud-  
dum peculiaris aliqua inciderit con-  
troverfia



,, publicè mota est controversia  
 ,, inter Augustanæ Confessionis  
 ,, Theologos, sed tamen, cum hic  
 ,, articulus magnam pijs menti-  
 ,, bus consolationem adferat, si  
 ,, rectè & dextrè explicetur: vi-  
 ,, sum est eundem in hoc scripto  
 ,, declarare: ne fortè TEMPO-  
 ,, RIS PROGRESSU disputa-  
 ,, tiones aliquæ cum offendiculo  
 ,, conjunctæ de hac re EXORI-  
 ,, ANTUR. Testatur id ipsum for-  
 ,, mula, itidem in Exordio Articuli  
 ,, hoc modo: quia apud exteros  
 ,, de hoc articulo vehementer  
 ,, disceptatum est, & inter nostros  
 ,, etiam homines aliquid gliscere  
 ,, cæpit: & Theologi non semper similes de hoc negotio sermones usur-  
 ,, pant: SVDEBIMVS per Dei gratiam in eo elaborare, VT, quantum  
 ,, quidem in nobis erit, OMNES DISSENSIONES ET SCHIS-  
 ,, MATA APVD POSTERITATEM NOSTRAM  
 ,, PRÆCAVEANTUR. Promittunt ergo plenam & solidam &  
 ,, venturis etiam disputationibus expediendis accommodatam declara-  
 ,, tionem.

,, troversia inter eos, qui Augusta-  
 ,, nam Confessionem amplectuntur.  
 ,, Hæc ille, Quasi verò in mentem ve-  
 ,, nerit Autoribus libri Concordiæ,  
 ,, sese excusare Ecclesiæ Dei de arti-  
 ,, culo hoc mutilatè & imperfectè  
 ,, tradito: cum verba, ad quæ alludit,  
 ,, tantum causam explicent, cur huius  
 ,, quoq; Articuli declarationem  
 ,, Concordiæ libro inserendam esse  
 ,, judicarint, nempe ut per illam dis-  
 ,, sensiones etiam apud posteros præ-  
 ,, caverentur: unde necesse erat, ut  
 ,, non oscitanter & παρρησιασ, sed  
 ,, diligenter ac solidè hunc articulum  
 ,, pertractarent.

*Antithesis I I.*

**L**iber Concordiæ de Electio-  
 ne differens, nomine Electio-  
 nis & Prædestinationis non  
 intelligit temporalem applica-  
 tionem, qua homines in tempo-  
 re gratiam eligentis Dei per fidem  
 apprehendunt, sed illum Dei ac-  
 tum æternum, quo ante condi-  
 tum mundum nos ad salutem  
 ordinavit, elegit & prædestina-  
 vit.

*Antithesis. II.*

**D.** Huberus contra nugatur,  
 Librum Concordiæ de Electio-  
 ne differentem, eamq; solis filijs Dei  
 adscribentem, non considerare Ele-  
 ctionem in æterno illo actu Dei eli-  
 gentis nos ante constitutionem mun-  
 di, sed IN APPLICATIONE  
 ET IPSO SALVATIONIS  
 EVENTU: Confes. brevi 30.  
 Quod quàm sit nugatorium,



vit. Testatur id præfixus titulus & in Epitome, & in formula, imo in frontispicio paginarum omnium & singularum expressissimè sic positus: de **ÆTERNA** prædestinatione & Electione Dei.

Quin de illo Dei Actu in ipsa æternitate perfectio propriè differere librum Concordiæ, docet irrefragabilia ejus verba, pag. 250. In Christo **ELECTIO** **ÆTERNA** Dei patris quaerenda est, **IS IN ÆTERNO** ac divino suo consilio decrevit, q. præter hos, qui filium ejus Iesum Christum agnoscunt, & in eum verè credunt, neminem salvum facere velit.

Et in formula pag. 318. **ÆTERNA** Dei Electio vel prædestinatio, hoc est, ordinatio Dei ad salutem non simul ad bonos & ad malos pertinet, sed tantum ad filios Dei, qui ad vitam æternam electi & ordinati sunt (*utiq. à Deo*) **PRIVSQUAM MUNDI FUNDAMENTA IACERENTVR.**

Quin perpetuus verborum libri Contextus ad oculum evidentissimè demonstrat, Electionem actu ipsius Dei, eoque ante jacta Mundi fundamenta peracto definiiri luculentissimè. Quod imprimis etiam ostendunt paginae 322. facie b, & 323. facie a. Edit, Germ. Dresd.

*ea quæ ex ipsis libri Concordiæ for-  
malibus è regione producuntur, pa-  
lâm arguunt, & Sycophantam ue-  
rum atq. iterum aleatoria præ-  
yiac evidentissimè revincunt. Cer-  
tum enim est, applicatione et even-  
tum salvationis in tempore demum  
contingere. Huberis ergo con-  
tatis tantum diversorum actuum  
Dei appellationibus, suaviter nuga-  
tur, Autores libri Concordiæ, dum  
instituerent agere de Electione, ne-  
scio qua vertigine correptos, omis-  
sa Electione, præter institutum su-  
um agere cepisse de justificatione  
& salvatione. Applicatio enim  
gratiæ divinæ quid aliud est, quam  
justificatio? teste & iudice Aposto-  
lo Paulo, et universa scriptura, Sic  
eventus salvationis aliud nihil est,  
quàm salvatio & glorificatio. Ma-  
ste, prestigiator, sic fumos vende,  
sic Deo & hominibus illude, sic Au-  
tores libri Concordiæ, quin librum  
ipsum, quem subscripsisti, in quem  
jurasti (qua fide, qua manu, qua  
lingua, quo pectore, qua conscien-  
tia, tute videris) trabe, rape, tor-  
que, ad ineptias tuas et putidissimas  
paradoxa, quibus Electio ab æterno  
sancita, cum justificatione temporalè  
per ruditatem indignam tyrone, ne-  
dum Doctore, imperitissimè con-  
funditur.*

*Antithesis*



*Antithesis III.*

**I**am si descendatur ad quæstionem, ad quos hæc gratuita Dei Electio ante mundi iacta fundamenta in ipso consilio DEI inita referenda sit? ibi sic respondet Concordiæ liber: Prædestinatio seu æterna Dei Electio **TANTVM AD BONOS & dilectos FILIOS DEI** pertinet,  
,, In formula ipsa: Æterna electio, seu prædestinatio Dei ad salutem, **NON SIMVL** ad bonos & ad malos refertur, sed **TANTVM** ad filios Dei.

*IVSTIFICATIO*) in hac demum significatione concedit Huberus, ad solos Dei filios pertinere Electionem, id est, *IVSTIFICATIONEM*. Ipsammet verò Electionem, de qua Concordiæ liber ex scriptura loquitur, non minus ad filios **DIABOLI** (quales sunt impœnitentes omnes) quàm ad Dei filios extendit, idq; contra claram, expressam & irrefragabilem literam formale Concordiæ,

*Antithesis IV.*

**L**iber Concordiæ Electionē Dei quinquies appellat electionem & prædestinationem **FILIORVM** Dei; Edit. Dresd. Germ. pag. 318. facie b. bis ibi titulus hic Electionis iteratur. Item pag. 320. 324.

326.  
plectitur: hunc meritò sortitur titulum, ut Electio dicatur non tantùm filiorum Dei, sed etiam filiorum Diaboli.

*Antithesis III.*

**H**uberus econtra hæc libri Concordiæ verba recensens, eidem sic obloquitur suo dogmate: Prædestinatio seu **ÆT ERN A** Dei Electio nequaquam tantum ad bonos & dilectos Dei filios est referenda (hoc enim extremè Calvinianum est) sed æquè ad malos & infideles, quia simpliciter ad omnes, sive in unigenitum Dei Filium fuerint credituri, sive non credituri. Imò Deus elegit **TANTVM INFIDEL ES**, quales omnes natura sumus. Rettung pagina 5. Si autem per Electionem intelligatur Electionis applicatio (quæ nihil aliud est, quàm

*Antithesis IV.*

**H**unc titulum D. Huberus suæ universali Electioni omnium hominum nunquam in æternum aptare potest; Filij enim Dei sunt **SOLI** credentes Ioan. 1. Gal, 3. Electio verò Huberiana quia pari censu habet fideles & infideles, atq; hos non minus, quàm illos ambitu suo com-

Anti v.



*Antithesis V.*

**C**oncordiæ liber pro unis ijs-  
demq; habet ἐκλελεγμῶς  
” ἢ ἐκλεκτῶς. Ideo namq; docet  
” Deum omnes & singulas perso-  
” nas ELECTORVM ( der  
” Auserwählten ) qui per Christum  
” salvandi sunt, ad salutem ELE-  
GISSE & ordinasse, pag. 320

Quamobrem etiam Autores  
libri non contenti Electionem  
appellare prædestinationem fi-  
liorum Dei, hoc insuper Epithe-  
ton addunt, quo æquipollen-  
tiam vocabulorum modò posi-  
torū luculenter indignant, dum  
pag. 326. ELECTORVM filii-  
rum Dei ELECTIONEM

æternam nominant, Ewige Wahl der Auserwählten Kinder Gottes.

Idcirco quæstionem, quomodo & unde cognosci possit,  
QUINAM SINT ELECTI ( ἐκλεκτοί, Auserwählten ) ex verbis  
Apostoli decidit Concordia, dicens: quos PRÆDESTINAVIT,  
ELEGIT & PRÆORDINAVIT, hos & vocavit &c. nimi-  
rum eos ipsos docens esse ἐκλεκτῶς, quos ad vitam Dominus prædesti-  
navit & elegit. Vide pag. 320. fac. b.

*Antithesis VI*

**P**Ag. 321. Edit. Dresd. Ger-  
manicæ, dicit formula: qui  
” juxta propositum ORDINA-  
” TI sunt ad hæreditatem, hi  
” audiunt Evangelium, CRE-  
” DVNT IN CHRISTVM,  
” præcantur, gratias agunt, san-  
” ctificantur in charitate.

*Anti 7.*

*Antithesis V.*

**H**uberus econtra pro unis ijs-  
demq; non habet, electos parti-  
cipialiter et nominaliter: sed omnes  
quidē à Deo statuit esse ἐκλελεγμῶς  
” ἢ, non autem omnes ἐκλεκτῶς,  
Idcirco Electionem tradit eorum e-  
tiam, qui non sunt ἐκλεκτοί Auser-  
wählte. Cumq; vocabulum ( ἐκλε-  
” κτος ) designet credentes, ipse verò  
affirmet, nec phrasi, NEC RE con-  
sonum esse scripturis, dicere, Deum  
elegisse credentes: certè quid de  
phrasi Libri Concordiæ ( Deus elegit  
electos, qua & Christus Marci 13.  
utilitur ) sentiat & statuat Huberus  
non obscurum est decernere.

*Antithesis VI.*

**H**uberus suo dogmate sic obstre-  
pit Concordiæ libro: Maxima  
pars eorum, qui ordinati sunt ad  
hæreditatem ( ordinati autem eò  
sunt omnes homines ) nec audit E-  
vangelium, nec credit in Christum,  
nec præcatur, nec gratias agit Deo,  
nec sanctificatur in charitate.

F

*Anti VII.*



*Antithesis VII.*

**V**erbum Dei deducit nos ad Christum. Is est liber ille vitæ, in quo omnes inscripti & electi sunt, **QVISA LVTEM ÆTERNAM CONSEQUENTVR**, Epitome pag. 249.

*Antithesis VII.*

**I**n libro vitæ, qui est Christus, inscripti & electi sunt, non hi tantum, qui salutem æternam consequuntur, sed etiã illi alteri, qui sempiternam salutem **NUMQUAM** consequuntur, id est, omnes ad unũ & ex æquo homines.

*Antithesis VIII.*

**I**n Christo **ELECTIO** æterna **DEI** patris est querenda. Is in **ÆTERNO** ac divino suo consilio decrevit, quod præter hos, qui filium ejus Iesum Christũ **AGNOSCUNT**, & in eum verè **CREDUNT**, **NEMINEM** salvum facere velit. Epit. pag. 250.

*Antithesis VIII.*

**R**espectus agnitionis Christi & in eum fidei nihil pertinet ad æternũ illud consiliũ **ELECTIONIS**, sed tantum ad **ELECTIONIS FRUITI-ONEM**, quæ fit in tempore. Et oppositio credentium qui salvantur, et non credentium, qui non salvantur, locum habet demum **POST APPLICATIONEM**, quæ in tempore fit, nequaquam verò in ipso divina **ELECTIONIS** consilio æterno.

*Antithesis IX.*

**L**iber Concordiæ pag. 323. sic pergit: Docet hic (de Electione seu Prædestinatione) articulus, quæ sit vera Dei Ecclesia: ne magna illa falsæ Ecclesiæ auctoritate & augusta illius specie offendamur.

*Antithesis IX.*

**H**iberiana Electionis Articulus, quæ sit vera Ecclesia, **NON** docet; siquidem sub illius complexu non minus verè, nec minus propriè, continetur Ecclesia falsa malignantium, quàm Ecclesia Christi vera.

*Antithesis X.*

**P**agina 321. libri Concordiæ dicitur; Spiritum sanctum perhibere testimonium Electis, quòd sint filij Dei. Et pag. 322. asserit, illos pro Electis non esse habendos.

*Antithesis X.*

**H**iberus Scripto Ambergensè Ecclesiæ nuncupato, **ELECTOS** & ἐκλεκτοὺς & prædicat omnes homines, etiam illos, qui filij Dei non sunt, sed qui verbum Dei



•• habendos, qui verbum Dei con-  
•• temnunt & repellunt.

*electos suos referat. Et quanquam hoc παρὰ δόξου tandem abiecit, tamen adhuc  
nil quicquam à se, in doctrina mutatum esse patitur.*

*Dei contemnunt & repellunt; adeò  
ut etiam Iudam proditorem inter*

*Antithesis XI.*

**I**Nter octo illa, quæ ad articu-  
lum hunc cum fructu cogi-  
tandum requiruntur, proponi-  
tur Requisitum quartum hinc  
verbis: Constituit Deus in suo  
**PROPOSITO** & consilio,  
(quæ verba initio posita, circa  
omnia singulaq; requisita repeti  
oportere, cohærentia integri il-  
lius contextus arguit) quod om-  
nes eos, qui pœnitentiã verè  
agunt, & Christum vera **FIDE**  
**AMPLECTUNTUR**, ju-  
stificare, in gratiam recipere, &  
in filios & hæredes æternæ vitæ  
acceptare velit.

*sententiæ libri Concordiæ contraria è diametro.*

*Antithesis XI.*

**H**uberi dogma vicissim ita so-  
nat: Deus in proposito & con-  
silio æterno, id, quod Concordiæ li-  
ber asserit, non constituit; siquidem  
in æterno illo proposito respectus ad  
fidem habitus non est, sed in illo &  
secundum illud propositum, ad vobis-  
cip & hæreditatem vitæ æternæ  
sunt electi & acceptati, tam qui  
non credituri erant, quam qui cre-  
dituri. Quanquam interim ad  
**FRUITIONEM** Electionis, ad  
**APPLICATIONEM** Ele-  
ctionis, & ad temporalem Even-  
tum, fidem requiri non negatur.  
Hæc ad amissim est Huberi opi-

*Antithesis XII.*

**T**Ractatum Paulinum Eph. 1.  
liber Concordiæ refert &  
accommodat ad probandum,  
quod Electio seu prædestinatio  
æterna ante fundamenta mun-  
di sancita, tantum ad filios Dei  
pateat: pagina 319. Ex eodem  
dicto probat, in libro vitæ in-  
scriptos & electos esse omnes,  
qui salutem æternam **CON-**  
**SEQUUNTUR** pag. 249.  
ostendit ex eodem loco Pau-  
lino,

*Antithesis XII.*

**H**uberus haud aliter, ac si data  
opera destinasset obloqui Li-  
bro Concordiæ, palam contendit,  
particularem hanc solorum filiorum  
Dei electionem æternam tractatu  
Pauli Ephes. 1. non confirmari sed  
everti, & agere Paulum de eorum  
quoq; prædestinatione ad vitam, qui  
ex albo filiorum Dei non sunt, qui  
salutem non consequuntur, qui ver-  
bum Evangelij non audiunt, in  
Christum non credunt, non orant,

F 2

non



lino, eos, qui prædestinati sunt,  
audire verbū, CREDERE IN  
CHRISTVM, orare, gratias  
agere, sanctificari in charitate  
&c. pag. 321.

*Antithesis. XIII.*

Liber Concordiæ pag. 322.  
Duo ponit decreta pariter  
æterna, in Dei voluntate Con-  
sequente fixa: alterum Electio-  
nis, ad solos credentes spectans,  
quo Deus in æterno suo consi-  
lio ordinavit, ut Spiritus sanctus  
electos per verbum vocet, illu-  
minet atq; convertat, atq; om-  
nes illos, qui Christum VERA  
FIDE AMPLECTVN-  
TVR, justificet, atq; in eos æter-  
nam salutem conferat. Alterum  
porro iudicij seu Reprobationis,  
his descriptum verbis: ita (in-  
quit Concordia) IN EODEM  
SVO CONSILIO DECRE-  
VIT, quod eos, qui per ver-  
bum vocati illud repudiant, &  
Spiritu sancto (qui in ipsis per  
verbum efficaciter operari &  
efficax esse vult) resistunt, &  
obstinati in ea contumacia per-  
severant, indurare, reprobare, &  
æternæ damnationi devovere  
velit.

*Antithesis. XIV.*

Isdem verbis jam citatis Liber  
Concordiæ, Reprobationem  
eorum, qui pertinaciter ob-  
stunt

non gratias agunt, quales sunt om-  
nes increduli, quos Huberus æquè  
ac fideles, ad salutem prædestinatos  
somnia.

*Antithesis XIII.*

UTrumq; decretum tollit et ever-  
tit Huberus. Electionem enim  
ad credentes, qua credentes sunt,  
pertinere negat, ita namq; ceteros  
inde exclusum iri perfacile animad-  
vertit. Idcirco non qua credentes  
sunt, sed quâ simpliciter homines  
sunt, adeoq; potius, quâ sunt incre-  
duli, electos illos ad hæreditatem  
vitæ nugatur, locutionibus suis su-  
pra multoties allegatis. Alterū por-  
ro decretum iudicij et reprobationis  
in illo æterno Dei consilio factum  
stærghndup pernegat, & totam hanc  
oppositionem credentium & non  
credentium, quam Concordiæ for-  
mula in ipso consilio DEI æterno  
constituit, Huberus ex æterno Dei  
consilio proturbat, & in tempora-  
lem eventum reijcit, expresse scrip-  
titans, oppositionem credentium  
& non credentium valere demum  
POST APPLICATIONEM  
Nertung pag. 5.

*Antithesis. XIV.*

CVM his quoq; velut adversa  
fronte pugnat Huberi doctrina,  
fingens, Deum hominum interitum  
NULLA



stunt Spiritui sancto, manifestè refert ad **DECRETVM** Dei, inquit, in eodem consilio Deum **DECREVISSE** contemptores illos divinæ gratiæ reprobare. Nihil autem decernit Deus, quod non etiam velit. Ideo perspicuè additur, decrevisse Dominum, quod contumaces illos & præfractos contemptores verbi reprobare & indurare **VELIT**. Planè ut & Paulus scribit: quos **VULT**, indurat Rom. 9. vult verò talia, ut in Theisibus explicatum est, voluntate consequente non antecedente.

**NULLA** prorsus voluntate vult, sive quis antecedentem, sive consequentem nominet. Rettung 213. Et si Deus vellet mortem hominis (sive antecedente sive consequente voluntate) fore mortem eam non penam aut cruciatum, sed merum gaudium & beatitudinem. Rettung 224. Nescit absurdus homo distinguere inter malum culpæ seu peccatum, quod Deus nulla voluntate vult, & inter malum pænæ, quod antecedente quidem voluntate sua Deus non vult: vult autem id voluntate consequente, & secundum justiciam suam iudicando eos, qui gratiam Dei in sermone vitæ oblatam à se contumaciter repulerunt.

*Antithesis XV.*

**D**icto Christi Ioan. 6. (Hæc est voluntas eius, qui misit me, patris, ut omnis, qui videt filium, & **CREDIT IN EVM**, non pereat, sed habeat vitam æternam) testatur Liber Concordiæ, annunciari voluntatem Patris, atq; sic **ÆTERNAM** nostram **ELECTIONEM** ad vitam æternam pag. 324.

*Antithesis XV.*

**H**uberus contra asserit, hoc dicto (utpote quo disertè respectus fidei notatur) **NON** annunciari **ÆTERNAM** nostram **ELECTIONEM**, sed pertinere ad τὰ ἔργα determinantem credentes à non credentibus ratione consecutionis salutis, ad quam salutem sine respectu fidei electi sint: Quam τὰ ἔργα Huberus ab actu Electionis planè divellit. Quàm bellè igitur ei convenit cum formula Concordiæ?

*Antithesis XVI.*

**S**ententiam Servatoris Christi Ioh. 10. (Oves meas nemo rapiet ex manibus meis) Liber Concordiæ pag. 319. eò accommodat,

*Antithesis XVI.*

**S**ententiam hanc de Ovibus è Christi manu nunquàm rapiendis Huberus (ut est audacter absurdus) ait de Electione & prædestinatione



modat, ut doceat, ÆTERNAM  
Electionem Dei esse in Christo  
Iesu causam, quæ nostram salu-  
tem, & quæ ad eam pertinent,  
procuret, efficiat, juvet, promo-  
veat, in qua (æterna electione)  
salus nostra ita fundata sit, ut  
etiam inferorum portæ adversus  
eam prævalere nequeant. Scri-  
ptum est enim (inquit) Oves meas  
nemo rapier de manu mea. Et  
pag. 322. quod Deus in ÆTER-  
NO SVO PROPOSITO,  
quod falli aut everti nunquam  
potest, salutem nostram in om-  
nipotentis manu servatoris no-  
stri Iesu Christi, ex qua nemo  
nos rapere possit, conservan-  
dam posuerit Ioan. 10. Eodem  
sensu citatur hoc dictum pagina  
327.

*Antithesis XVII.*

**L**ocum Pauli, Rom. 8. hoc  
pacto triumphantis: Scio  
quod neque vita, neque mors &c. pos-  
sit nos separare à dilectione Dei,  
quæ est in Christo Iesu Domino  
nostro, pag. 322. formula Chri-  
stianæ Concordiæ itidem dire-  
ctè aptat demonstrandæ firmitati Electionis in æternitate sancitæ. Cū  
enim (ut modò dictum est) affirmasset, salutem nostram in omni-  
potenti manu Christi conservandam esse repositam, protinus addit: Ideo  
& Paulus inquit Rom. 8. quia secundum propositum DEI vocati su-  
mus; quis ergo nos separabit à dilectione Dei in Christo? Idem repe-  
titur pag. 323.

natione NIHIL OMNINO LO-  
QUI. Nam in Confutatione sua  
brevis, pag. 8. exorsurus quintam  
classem nostrorum, quæ allatrat, ar-  
gumentorum, ita scribit: Adducunt  
(Vitebergenses) multa alia Scrip-  
tura loca, quæ de Electione & præ-  
destinatione NIHIL OMNI-  
NO loquuntur. Inter ea scripturæ  
loca, quæ nihil omnino de Electione  
loqui fingit Huberus, dictam sen-  
tentiam Ioan. 10. quinto loco enu-  
merat. Viderit ergo, quomodo hæc  
cum Concordiæ Libro componere  
velit, qui commemorata verba ter-  
tium DIRECTE ad articulum  
prædestinationis refert, & ex ijs in-  
concussam Electionis nostræ firmi-  
tudinem astruit ac demonstrat.

*Antithesis XVII.*

**L**ocus hic Rom. 8. ab Hubero  
etiam refertur inter ea scripturæ  
testimonia, quæ NIHIL OMNI-  
NO de Electione seu prædestinatione  
loqui dicitur. Huberus audacissimè pro-  
nunciat. Sicut apparet ex confut.  
brev. Huberiana, pag. 10.

*Antithesis*



*Antithesis XVIII.*

**E** Andem æternæ Electionis inexpugnabilem stabilitatē evincit Concordia ex loco 2. Timoth. 2. Solidum stat fundamentum Dei, habens signaculum hoc: Novit Dominus, qui sunt sui. Et licet verba ipsa (brevitatis causa) non enume-

rentur, tamen digitus ad ea palam intenditur, & locus iste cum dicto servatoris Iohan. 10. connectitur, pagina 327.

*Antithesis XIX.*

**S**it decima nona antithesis hæc quod Concordia talem tradit Electionem, cujus immota perstat firmitas ac certitudo, & quæ inuitis cunctis inferorum portis finem assequitur, nempe salutem. Sal<sup>o</sup> enim nostra super electione Dei, ceu munitissima arce sic fundata est, (ait Concordiæ Liber) ut nullis machinis in omnem æternitatem labefactari queat. Huc pertinet ea loca, quæ in præcedentibus antithesibus, occasione quorundam dictorum scripturæ, sunt allegata. Repetitur eadem sententia in Epitome paragrapho 4. Vnde firmissima demonstratio extruitur, ad eos solos electionē DEI referendam esse, qui (ut iterum atq, iterum Concordiæ Liber asserit) æternam salutem CONSEQVNTVR, quiq; Dei virtute vincunt, ita ut ex Christi manibus

*Antithesis XVIII.*

**H**anc quoq; sententiam Huberus inter ea scripturæ testimonia rejicit, quæ de Electione & Prædestinatione NIHIL OMNINO loquantur, eamq; in illa classe (optimo ponit loco. Confut. brev. pagina 11.

*Antithesis XIX.*

**H**uberus econverso Electionem profitetur talem, quæ respectu potissimæ partis humani generis evacuetur, evertatur & amittatur, imò quæ adeò sit inefficax, ociosa & invalida, ut in plarisq; prædestinatis (velut Ethnicis, excæcatis Iudæis, Mahumetanis, alijsq; populis infidelibus) ne quidem initium salutaris operationis faciat ullum: In cætu autem vocatorum licet operari incipiat, tamen finem suum, nempe salutem animarum, non assequatur. Hoc dogma tantum distat à doctrina libri Concordiæ, quantum à terra cælum: ut nec cum scriptura conciliari potest unquam, quæ cum tradat Electionem determinatam perseverantiæ hypothese, idcirco incunctanter enunciat, quotquot præordinati sunt ad vitam æternam, eos credere seu ad fidem pervenire. Act. 13. ad Christum



manibus non rapiantur, neq; à dilectione DEI separantur, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Ad cæteros autem, qui aut non convertuntur, aut non perseverant (cum quidem per Dei gratiam, quam promisit omnibus expectantibus illam, ipsi quoq; perseverare potuerint) hæc ἀμεταμέλητος Electio, quippè ad perseverantes in fide vnicè determinata, traducenda ob hoc ipsum non est, quod initium substantiæ non ad finem usq; firmum retinuerunt Heb. 3.

*Antithesis XX.*

**L**iber Concordiæ universalitatem misericordiæ Dei erga omnes homines, universalitatem meriti passionis Christi pro totius mundi peccatis, universalitatem mandati de audiendo Evangelio, idq; amplectendo fide, eò quidem accommodat, ut absolutum decretum Calvinianæ Reprobationis evertat; interim Electioni consideratione fidei determinatæ & solis destinatæ credentibus, quæ in nostris docetur Ecclesijs, adeò illam Dei misericordiam & redemptionem Christi universalem ἀντιπατικῶς non opponit, ut potius eandem hanc Electionem credentium particulare liquidissimè confirmet, paragrapho

Christum venire. Iob. 6. nec perire unquã, ibid. nec rari ex Christi manibus Ioan. 10. nec separari à dilectione Dei Rom. 8. sed stare fundamentum prædestinationis illorum solidum & inconcussum 2. Tim. 2. ideoq; in errorib; non perire Matth. 24. sed tandem glorificari Rom. 8. atq; adeò prædestinationem sive Electionem assequi id (nempe salutem) quod cæteri per incredulitatem excacati & ob hoc ab Electione reiecti non assequuntur. Rom. 11.

*Antithesis XX.*

**H**uberus econtra universalitatem misericordiæ Dei, meriti Christi, vocationis, mandati &c. particulari Electioni credentium, seu ut liber Concordiæ nominat, filiorum Dei, ἀντιπατικῶς opponit, & hanc per illam (contra literam Concordiæ hoc sole clariorem) conatur evertere; idq; conscientia pessima, cum sciat, affirmatum suum de Electione nõ tantum ad bonos et dilectos Dei filios, sed etiam ad malos & impenitentes spectantem, usq; adeo in toto eo libro symbolico usquam occurrere; ut eius Huberianæ propositionis oppositum, nostram sententiam complexum, totidem literis & apicibus ad oculum demonstrari possit. Nimirum hoc est, quod ita vellit & fodiat eum, ut luce veritatis



grapho sæpius jam allegato sic habente: Æterna Electio seu prædestinatio ad salutem NON SIMVL ad bonos & ad malos refertur, sed TANTVM (notet Huberus particulam TANTVM) TANTVM ad filios Dei. Neq; unquam eò usq; progreditur Concordia, ut inferat, Electionem esse Vniuersalem ad omnes mortales sine fidei consideratione patentem,

ritatis confusus & convictus tacitum votum sui pectoris dissimulare nequeat, dum optat, in libro Concordiæ traditam esse declarationem huius articuli fusioem, quæ scilicet ipsius stabiliret portentiloquia & absurda dogmata, quæ in toto libro, si Argo esset oculatior, nunquam vel videre vel invenire potest.

## DE HUBERIANA

Iustificacione Vniuersali, credentium & non credentium.

### THESIS PRIMA.

**P**rofitetur D. Huberus talem iustificacionem, gratia cuius Christus propriè, factò & opere ipso redemptionem ita CONTULERIT toti generi humano, ut omnibus hominibus EX ÆQVO, etiam TURCIS, remissa sint peccata, omnesq; homines (etiam infideles) remissionem peccatorum ACCEPERINT, totumq; genus humanum REIPSA in gratiam & sinum Dei receptum sit;

Thes.  
Tub. 59.  
& 60.  
Thes. 270.  
Antwort  
vff den 31  
Heidelb.  
Artickel  
Act. Tub.  
125.

#### II.

Hinc omnes, quibus Euangelium promulgatur, appellari dicit ELECTOS, IUSTIFICATOS DEI, SANCTIFICATOS, redemptos, & QVOSDAM HORVM credentes & conversos.

Thes.  
Tub. 65.  
Ad Amberg 1620.

#### III.

Hanc Vniuersalem Iustificacionem TOTIVS GENERIS humani putat (etiam sine respectu fidei in Christum) esse PLENÈ CONSUMMATAM, remissis propter satisfactionem filij Dei peccatis, & absorptis in sanguine & vulneribus ipsius. Hæc ille de sua Iustificacione.

Contra  
Kimedon-  
tiū 215.  
Post. part.  
Act. Tub.  
117.

#### IV.

Hunc tetrum & fædum errorem visus fuit in prima Actione coram Dn. Commissarijs corrigere, Sed quod tum evomere putabatur, id in Scriptis



Scriptis posterioribus resorbuit, quod ipsius Responsio ad Articulos Heidelbergenses, ut & Responsum ad Censuram Theologorum Tubingensium ostendit in paginis supra ad marginem notatis.

V.

Quamquam autem haud inviti largimur, justiciam coram Deo valentem esse toti humano generi per Christum partam & acquisitam, ita ut si totus mundus in Christum crederet, totus inde justificaretur mundus: quo respectu Paulus per unius justificationem (δικαιοσύνη) bonum in omnes homines ad justificationem (δικαιοσύνη) vitæ propagatum scribit Rom. 5. tamen ex hac parte universali justitia nemo justificatur nec remissionem peccatorum consequitur, sine acquisita hujus justiciæ Christi imputatione: imputatio autem justiciæ non fit, NISI per fidem.

VI.

Hinc Paulus de justificatione ex professo disputans non nisi fidei justificationem agnoscit Rom. 3. & 4. adeo ut Gal. 2. liquidò pronunciet, non justificari hominem, NISI ex fide Iesu Christi.

VII.

Extra fidem in Christum, & sine eâ, manet homo in condemnatione: secundum illud Ioan. 3. qui NON CREDIT, IAM IUDICATUS est. Et rursus, qui non credit filio, non videbit vitam, sed IRA DEI MANET SUPER EUM. Et Marci 16. qui non crediderit, CONDEMNABITUR. Si talis jam iudicatus est, si manet super eum ira Dei, si condemnabitur: quàm bellè ergò justificatus est? et quàm pulchrè ei remissa peccata? siquidem, ubi verè remissa peccata sunt, ibi omnis sublata ira & condemnatio, Rom. 8. Et beati, quorum remissa sunt peccata, Psalm. 32. num ergò beati omnes homines? etiam increduli? Turcæ? Iudæi reprobi?

VIII.

Certum igitur est, quod remissionem peccatorum nemo accipiat per nomen Christi, nisi qui credit in eum. Act. 10. nec quisquam à peccatis suis justificatur, nisi qui in Christum credit, Act. 13.

IX.

Explicet autem nobis Huberus suæ hujus justificationis universalis mysterium, & edisserat, quando hi increduli, qui nunquam in filium Dei crediderunt, aut credituri sunt, remissionem peccatorum unquam acceperint, & coram Deo justificati fuerint?

X.

Num ab eterno forsàn, in ea, quam fingit, universali Electione?  
Sic



Sic verò dicentur in hunc mundum nati justificati, justificatione scilicet  
Universali ortum illorum antegressa. Sic prædicabuntur nati filij non ira  
sed gratia, quibus originis peccatum nihil coram Deo negotij facessat, quia  
jam inde ab ultima aeternitate remissum; etiam sine fide.

X I.

Quomodo ergò constabit assertio Christi Ioh. 3. Amen Amen dico  
vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi regnū  
caelorum; quod ex carne natum est, caro est.

X II.

Sin respondeat, in primorum parentum personā toti posteritati  
peccata condonata, quando promulgata promissione de semine mulieris  
absolutio à peccatis eis annunciata est: ne sic quidem constare dogma Hu-  
beri poterit.

X III.

Cum enim ipsi protoplasti non sine fide in promissum semen justifi-  
cati sint, & peccatorum condonationem adepti: cur de posteris diversum  
affirmabimus, nimirum illis esse remissa peccata, & collatam Christi justi-  
tiam, si ve suis temporibus essent credituri, si ve non credituri?

X IV.

Sic enim in hac gratia, in hac justificatione, nascerentur posteri, si  
peccatorum veniam ante omnem ortum suum statim in primis parentibus  
accepissent: cum tamen ab Adamo & Eva, non gratia Dei, non remissio  
peccatorum, non justificatio, sed peccatum, & propter hoc ira & indi-  
gnatio, mors & condemnatio, in omnes homines propagata sit. Rom. 5.  
Ergò neq; hæc explicatio constare potest.

X V.

Sin affirmet Huberus, tum universos homines vi meriti Christi esse  
justificatos & remissionem peccatorum adeptos, (etiam sine fide) quando  
Christus in cruce pro totius mundi peccatis satisfecit: nonne tempore du-  
rantis hujus passionis etiam Caiphas, ceteriq; juratissimi hostes Domini Ie-  
su, fuissent à peccatis justificati, & ab ira Dei liberati? cum tamen nun-  
quam horribilius adversus illos accensa fuerit Dei indignatio, quam in illo  
flagranti scelere, quo Dominum gloriæ crucifigere non exhorruerunt.

X VI.

Sed & hunc nodum fecit Huberus, num increduli Iudæi, Turcæ etc.  
postquam ita semel justificati sunt absq; fide, hanc justificationem retineant,  
an verò rursus amittant?

X VII.

Si retinent, salvabuntur ergò cum omnibus Christianis & fidelibus.

G 2

Sin



*Sic amittunt, respondeat Huberus, quomodo & per quid amittant? Per incredulitatem eis justificatio hæc aboleri non poterit, quia sine omni respectu fidei finguntur justificati, etiam quâ increduli sunt.*

XVIII.

*Rursum quia olim Ethnici, & hodiè Turcæ, reprobiq; Iudæi, nunquam non fuerunt increduli, certè si per incredulitatem eis justificatio generalis illa statuatur aboleri, semper eis abolita fuerit necesse est, quia semper fuerunt increduli: & proinde nunquam justificati, ne quidem universali justificatione, siquidem hæc cum incredulitate stare nequeat, sed per eandem aboleatur: nisi forte in primo suo initio Huberiana hæc justificatio cum incredulitate pulchrè stare possit, in progressu autem stare cum ea non possit.*

XIX.

*Ad hæc si nos simul omnes generali justificatione sumus justificati, condonatisq; peccatis in sinum divinæ gratiæ repositi, Christi solo merito sine fide: nonne iam eversa jacet fidei justificatio tam accuratè à Divo Paulo tradita, ut ea planè nobis opus non sit?*

XX.

*Ex his insolubilium contradictionum & prodigiosissimarum absurditatum tricis Huberus sese explicabit NUNQUAM, Proinde fruatur ipse sua justificatione, eaq; beet ELECTOS & SANCTIFICATOS suos, Turcas, Iudæos, omnesq; incredulos: nos interim retinebimus justificationem ad solos credentes in omni scriptura Prophetica & Apostolica determinatam.*

## DE HUBERIANA Regeneratione hypocritarum in Baptismo,

THESIS PRIMA.

**C**irca prima initia Controversiæ docuit Huberus, Regenerationem in baptismo contingere baptizatis omnibus, non infantibus solùm (quod & nos concedimus) sed omnibus etiam adultis, atq; inter hos hypocritis quoq; in ipso impænitentiæ perfidiæq; statu. Sunt in medio chartæ, quas ea de re partim ad privatos scripsit, partim in publicum disseminavit.

2. Retracta.



II.

Retractavit & sua manu correxit errorem hunc in prima Actione coram Commissarijs, fassus ingenuè, hypocritas usum vel fructum baptismi, qui sit REGENERATIO & renovatio, NON CONSEQUI. Formula Retractionis alibi citata est.

III.

Dices: quid igitur attinet, vulnus, quod coaluit, refricare, & ab integro movere controversiam benè sopitam? Respondemus: hic nos culpam Adversarij prestare non tenemur, qui post illam solennem retractionem publicis etiam Scriptis lethiferam hanc recoxit Cramben, in Responso ad 34. Heidelbergensem Articulum sic ineptiens: Sine regeneratio-  
ne, quæ fit per aquam & spiritum ( loquimur de ijs, quibus hæc exposita  
sunt, & qui eò pervenire possunt ) nemo potest ingredi in regnum Dei,  
sicut audivimus. Hoc fixum manet. Quis vult Christo contradicere?  
Quare si non velimus admittere iterationem baptismi, sicut admittere non  
debemus: utiq; homo, qui tempore accepti baptismi nondum verè  
conversus fuerat, quando postmodum se vult convertere, hoc erigendus  
solatio est, quod Regenerationem, videlicet gratiam Dei, quod Deus  
illum in filium adoptavit in baptismo, certò & verè, vi institutionis  
acceperit, ut maximè per incredulitatem renovationem spiritus san-  
cti in semetipso hætenus impediverit, & eò usq; baptismum in sua ope-  
ratione sibi ipsi inefficacem & ociosum reddiderit. Hic enim longè aliud  
est, virtute ac vigore institutionis Dei adoptari in filios ( Für Kinder  
Gottes angenommen werden ) atq; sic inter filios Dei, qui à Satana &  
inferno debeant liberi & immunes esse, reputari & Christum, juxta te-  
norem institutionis, induere Galat. 3, Rom. 6. & aliud vicissim est, cor  
vinculis Diaboli subtrahere, & Deo virtute accepti baptismi servire &  
obedire. Prius persacile potest obtingere etiam infidelibus, sed ipsis ad  
judicium, eò quod sanguinem Christi, in quo sanctificati fuerant, ut Pau-  
lus ait Heb. 10, pedibus conculcant. Hæc Huberus.

IV.

Admonitus etiam de palpabili hoc errore à Theologis Tubingen-  
sibus, non resipuit, sed Anno &c. 95. in suo Responso ad Censuram illo-  
rum pertinaciter eum adhuc defensare conatus est. Vide poster. partem  
Act. Huberianorum Tubingensium pag. 132. & 134.

V.

Ut ergò hoc quoq; monstrum erroris confutetur solide: di-  
stinguimus initio inter substantiam Baptismi, & salutarem ejus usum.



Substantia, hoc est, ipse per se baptismus confertur etiam hypocritis, huius autem fructus, seu Regeneratio, durante hypocrisi non confertur: interim thesaurus hic in baptismo semel accepto sic quasi deponitur & assertur, ut cum deinde baptizatus iste hypocrita per verbum convertitur, inveniatur jam in baptismo pridem accepto beneficia ibi deposita, quibus ante propter incredulitatem haudquam fruebatur.

V I.

Porrò Regenerationem & hypocrisin ita pugnare, ut in uno eodemque subjecto simul ac semel stare nequeant: evincimus ejusmodi rationibus, imò demonstrationibus, quas Huberus dissipare nunquã in æternum poterit.

V I I.

Primò est hoc axioma Theologicum, Regenerationem & fidem sic indivulso nexu esse copulata, ut neq; Regeneratio à fide, nec fides à regeneratione vel ad momentum possit esse separata.

V I I I.

Quamobrem Iohannes Euangelista regenerationem & fidem in descriptione filiorum Dei hunc in modum copulat cap. 1. potestatem dedit filius Dei fieri, nimirum his, qui CREDIDISSENT in nomen eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed EX DEONATI sunt. Et 1. Epist. 5. omnis, qui CREDIT, lessum esse Christum, EX DEONATIVS est.

I X.

Ex quibus dictis & aliud argumentum surgit, ita habens: qui ex Deo nati, seu (quod idem est) regenerati sunt, hi sunt filij Dei. Soli autem credentes sunt filij Dei. Soli ergò credentes sunt ex Deo nati, seu regenerati, & proinde citra fœdam absurditatem Regeneratio incredulis & hypocritis assignari nequit.

X.

Speciatim verò de regeneratione (quomodo ea perficitur in Baptismo, ex aqua & spiritu) salvator Ioan. 3. perspicue confirmat, illam homini aperire ingressum in regnum cœlorum, quod aliàs est clausum ijs, qui de supernis non nascuntur. Hypocritis autem & impœnitentibus non regnum cœlorum aperitur, sed inferorum carcer, itaq; pro renatis haudquam habendi sunt.

X I.

Præterea Regeneratio nunquam est sine renovatione mentis: qua de causa Paulus in ipsa definitione Baptismi regenerationem cum renovatione coniungit Tit. 3. Hypocritæ autem mente sua non renovantur. Ergo nec regenerantur.



## XII.

Et denotat Regeneratio translationem hominis ex statu iræ in statum gratiæ, quod apud omnes sanos Theologos extra disceptationis aleam est positum: idè namq; de renatis simul omnibus effatur Apostolus Domini, Iohannes, 1. Epist. 3. quod (quamdiu sunt in hoc statu renascentiæ) peccatum non committant, ex proposito videlicet ac destinato studio: ideo rursus ait Ioannes: omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Hypocritæ verò nec mundum vicerunt, nec mundanas concupiscentias effugerunt, nec mundi principem superarunt, illius adhuc dominio per incredulitatem subiecti. Ex Deo igitur natos eos esse, nemo sanus dixerit.

## XIII.

Refellimus insuper Huberi dogma deductione ad absurda. Primò fingit, hypocritas in baptismo sine fide accepto recipi à Deo (vi instituti divini) in gratiam. Poster: parte Hub. Actorum Tubingensium pag. 132.

## XIV.

Quot ergò tandem sunt in Huberi Theologia receptiones in gratiam Dei, eaq; sine fide? At qui in gratiam recepti sunt, placent utiq; Deo. Sine fide autem impossibile est hominem placere Deo, Heb. 11.

## XV.

Vt res illustrior euadat, sumamus exempli loco infidelem Iudæum. Is secundum Huberum receptus est in gratiam sine fide in Christum: primò in æterna Huberiana Electione, super incredulos haud minus, ac super credentes, expansa. Deinde in Iustificatione Huberiana universali denudò receptus est in gratiam, sine fide in Christum. Tertio si talis Iudæus corde hypocritico petat baptismum, fortè terreni alicujus emolumentum causa, jam secundum Huberum tertia vice recipitur in gratiam Dei sine fide in Christum, per baptismum scilicet dolo impetratum. Quomodo tandem damnari poterit ille Iudæus, toties in gratiam receptus, quantumvis hypocrita, impenitens & infidelis?

## XVI.

Iam quid hoc prodigiū est, quòd statuit Huberus, hypocritas illos **ETIAM NONDUM CONVERSOS** vi institutionis (quam ille suo portento fallacissimè prætexit) accipere certò & **VERE** regenerationem, gratiam, & ὑλοθεσίαν?

## XVII.

O ergò beatos illos impenitentes Hypocritas. Quid enim eis ad solidam beatitudinem deest, & Regeneratio jam in eis peracta est; acceperunt insuper gratiam Dei: Non ergò sunt amplius in statu iræ, sed gratiæ. Acceperunt



*¶ sunt υιοθεσιαι seu adoptionem in filios Dei. Inferemus ergo cum Aposto-  
lo : Si impenitentes ac perfidi isti hypocrite sunt filij : Ergo & heredes :  
heredes quidem Dei , Cohæredes autem Christi. Rom. 8.*

*XVIII.*

*Sed & hoc tibi discendum erit axioma in Schola Huberiana , hypo-  
critis illos accipere quidem regenerationem CERTO & VERE , sed  
sine Renovatione. Quis unquam Ecclesiæ Scriptor aut Doctor tam fuit  
absurdus , vecors ac demens , ut à regeneratione verè & certò collata re-  
novationem divelleret ? quemadmodum Huberus & subjectis & temporibus  
hanc ab illa discerpit ?*

*XIX.*

*Rursum quid hoc monstri est, asserere, hypocritas accipere Regene-  
rationem verè, sine tamen baptismi efficacia ? quasi verò non præcipua  
sit efficacia baptismi pars , baptizatorum ex Deo regeneratio ?*

*XX.*

*Quod si baptismi efficacia derogatur illis, cur igitur receptio in gra-  
tiam, cur adoptio in filios eis transcribitur ?*

*XXI.*

*Et an non opus operatum egregiè stabilietur isto lepido commento,  
si hypocrite inconversi & infideles, è vestigio reputentur pro Dei filijs,  
dummodò tingantur aqua baptismatis ?*

*XXII.*

*Dicas fortè, D. Huberum hæc tribuere hypocritis, non quod inde  
solutem percipiant, sed quòd hæc eis vergant ad iudicium ? Id enim haud-  
quaquam dissimulat, quando scribit in sua responsione ad 34. Heidelber-  
gensem Articulum, to adoptari in filios ( für Kinder Gottes angenom-  
men werden ) & Christum induere, perfacile posse obtingere etiam infide-  
libus, SED AD IUDICIUM.*

*XXIII.*

*Verùm hoc effugio ita cavet suo dogmati, quemadmodum is, qui  
fumum declinare studens, in flammam incidit. Ita namq; infallibiliter o-  
mnia beneficia connexa, quæ unâ cum adoptionis gratia transcribit hy-  
pocritis, in iudicium eis cedant necesse est.*

*XXIV.*

*Sic qui baptismum corde accipiunt hypocritico, regenerantur qui-  
dem, sed ad iudicium : recipiuntur quidem in gratiam, sed ad iudicium :  
reputantur sanè pro filijs Dei, sed ipsis ad iudicium : induunt Christum, sed  
ad iudicium. Matè, Hubere, his nugis bea tuos hypocritas, & pasce tuos  
affeclas.*

*25. Nec*



XXV.

Nec tantillum suffragatur Hubero Divus Paulus Rom. 6. Etenim quia loquitur ibi cum renatis & in Christum Iesum credentibus, & ut ipse describit illos, cum his, qui peccato mortui erant (quæ fidelium Christianorum periphrasis est, secundum expositionem ibidem additam: qui mortuus est peccato, justificatus est ab eodem) rectè hos, ita descriptos, in mortem Christi unâ cum illo sepultos, eidemq; insitos esse confirmat. Quæ cum hypocritæ sua infidelitate in semetipsis impediunt; inconvenienter referuntur ad hypocritas. XXVI.

Sed & alter locus Gal. 3. dilucidior est, quàm ut Huberi fuligine sese obscurare patiatur. De quibus enim Apostolus hoc elogium intellectum velit (quotquot vestrum baptizati estis, Christum induistis) nihil opus est nobis vel statu conjecturali, vel divinationum libris. Ipse quippè Paulus rem omnem dedit expeditam, sic structuram verborum suorum coagmentans: Omnes filij Dei estis, eò quod CREDIDISTIS Christo Iesu; quicumq; enim baptizati estis, Christum induistis De baptizatis ergo CREDENTIBVS asseverat, induisse illos in baptismo Christum Iesum, nimirum per fidem cujus modò meminerat. Quid autem hæc ad infideles hypocritas? XXVII.

Et quid obsecro jurat Huberi causam extremè deploratam Concordiæ Liber, quando significata vocis regenerationis evoluens, ait significare nonnunquam Regenerationis vocabulum SOLAM REMISSIONEM peccatorum, & adoptionem in filios?

XXVIII.

Non enim ideo Regenerationem à renovatione distrahit temporibus & subjectis, ut Huberus factitat: sed respectuum duntaxat diversitatem ostendit ac distinguit, ne connexæ actiones simul negotio justificationis immisceantur.

XXIX.

Certè eadem Concordia de justificatione fidei bis enunciat, quòd complectatur SOLAM REMISSIONEM peccatorum; pag. 278, facie a. & 279, fac. b. Dresd. Edit. Germ. Ergone colligemus hinc, justificationem esse à Renovatione tempore simul et subjectis separatam? Nugæ sunt & λῆγοι λήγω, quicquid Huberus de Regeneratione hypocritis competente inscientissimè deblaterat.

2. Theß. 3.

QVod superest, orate, fratres, pro nobis, ut sermo Domini currat & glorificetur, sicut & apud vos, & ut eripiamur ab ABSURDIS ac perversis hominibus,

H

QVO.





QVONIAM D. H. V. B. E.  
RVS NOMEN ET AVTORITATEM

Divi Lutheri suo dogmati prætexere nihil erubescit; nos hujusce commenti pudendam vanitatem, breviter quidem, sed evidenter & ad oculum demonstrabimus.

- I. **I**N confesso est utrinque, Lutherum universalem Dei voluntatem, consilium & beneplacitum reparandi totum genus humanum tanta perspicuitate asseruisse, ut isthinc quàm evidentissimè pateat, ipsum ab impio decreto absolute reprobationis abhorruisse toto pectore.
- II. Testimonia citata sunt alibi: quibus adjungimus ea, quæ Huberus citat, sed à detorsionibus ipsius castigata. Velut quod in caput Gen. 26. scribit Lutherus: dicere sibi solitum esse D. stauptium, ex vulneribus Christi & sanguine ejus pro nobis fuso prædestinationem fulgere.
- III. A quo allegato D. Huberus sequentia ibi verba, quippe causæ suæ minus propitia dispellit: Ita namq. Lutherus isthic loci pergit: Ex istis (vulneribus & sanguine Christi) fulgebit prædestinatio. Audiendus igitur est filius Dei, qui missus est in carnem, & ideo apparuit, ut hoc opus diaboli dissoluit, & certum te faciat de prædestinatione. Ideo tibi dicit: Tu es OVIS MEA, QUIA AUDIS VOCEM MEAM. Nemo rapiet te ex manibus meis.
- IV. Cum igitur hæc consolatio secundum Lutherum spectet oves Christi audientes vocem Pastoris sui, cum pertineat ad eos, qui non rapiuntur ex Christi manibus; frustra Huberus inde nititur procudere prædestinationem eorum quoq. qui non sunt ex ovibus Christi, qui vocem ejus non audiunt, tandemq. in incredulitate sua pereunt.
- V. Quod alterum ab Hubero allegatum Lutheri testimonium attinet, verissimum est, de prædestinatione judicari debere ex Redemptione Christi, ea verò non per incredulitatem rejecta, sed per fidem apprehensa.
- VI. Tertium testimonium adeò nihil confert Huberi dogmati, ut ei potius plurimum incommodet, quando Lutherus, non hominem aliquem Ethnicum sed Christianum, non securum & profanum, sed de anime suæ salute sollicitum, atq. sic Dei justitiam esurientem & sumentem alloquens, ait, certum illum esse debere (ex promissionibus Dei) quòd Deus propter



per Christum velit illi esse propitius, quodq; per pretiosum sanguinem filij Dei redemptus & sanctificatus sit. Et adicit immediate Lutherus: atq; hinc certus eris de predestinatione tua.

Non vero in mentem venit Luthero, homines infideles & impenitentes de predestinatione certos facere, qui promissiones Dei rident & pro nihilo ducunt: sed eos, qui agnitis peccatis fide ( quantumvis adhuc languida ) promissionibus illis se solari debent.

Quartum testimonium agit de vocatione, à qua neminem hominum exclusum, sed universos ad regnum filij Dei vocatos esse, supra demonstravimus. Itaq; allegatio hæc ab Hubero impertinenter adducitur, ad probandum id, quod extra omnem prorsus controversiam est.

Quamquam interim D. Huberus in recitando Lutheri testimonio crimen admisit falsi. Cum enim dicat Lutherus, Deum à gratia sua neminem separare aut excludere, qui saltem amplecti eam, & non ipse se inde EXCLUDERE velit: Huberus pro verbo ( Ausschließen ) quoddam sine causa, uti post indicabimus, officit, supponit verbum sibi consuetum ( Ausstossen ) subindicans, quosdam eorum, qui ab aeterno fuerint sub electione, inde rursus eijci vel extrudi. Hoc ergo verbum suo instituto magis conveniens non erubuit effrons homo in contextum Lutheri infarcire, exturbato eo, quo Lutherus ipse est usus.

In quinto testimonio, quod ex enarratione Evangelij Matth. 20. exscripsit, Lutherus hoc unum agit, ut à dicto Christi ( multi vocati, pauci electi ) absolutam decretum amoliat, & culpam reprobationis incredulorum in ipsosmet conferat, ut qui verbum aeternæ salutis fastidiunt & contemnunt. Quid autem hæc pro Huberianismo? Nihil. Quid contra nos? Nihil prorsus.

Nam ex eo, quod scribit Lutherus, Dominum salutem nemini invidere, nondum ritè inferitur ( ut stolidè somniat Huberus ) Deum ad salutem omnes elegisse. Quibus enim juxta voluntatem antecedentem optat salutem: eos vicissim ob sprete salutis organa, juxta voluntatem consequentem & justitiæ suæ tenorem, judicare, reprobare & aeternæ damnationi devovere IN EO IPSO CONSILIO ( quo ceteros in filium credituros elegit ) constituit, inquit ex scriptura Concordia, simul immediate subiiciens hæc verba: Et secundum has rationes intelligendum est, quod scriptura dicit, multos vocatos, paucos vero electos esse.

Posteaquam ergo constat, Lutherum Dei universalem voluntatem & misericordiam erga omnium hominum salutem, universale quoq; Christi meritum, quin & vocationis universalitatem constanter asseruisse: queritur nunc, an ex ea universalitate VNQUAM inferre co-

VII.

VIII.

In Postillis  
Eccles. super  
Evang. feria  
tertia pascha  
tis. Luc. 24.

IX.

X.

XI.

XII.



natus sit, Deum ad vitam æternam elegisse omnes homines, sive credant in mundi Redemptorem sive in illum non credant?

XIII. Si vicerit Huberus, Lutherum eo modo *VNQVAM* argumentatum, & de omnibus hominibus fidelibus & infidelibus ad salutem prædestinatis vel semel aliquid dixisse aut scripsisse: palmam ei cedemus absq; recusatione ulla.

XIV. Sin ea de re *NE VNVM* quidem verbum, syllabam, literam, jota, apicem, ex universis Tomis & operibus Lutheri proferre poterit: omnis jam prostrata jacet Huberi de Lutheranismò gloriatio.

XV. Quod si vicissim ostenderit, Lutherum particularem Electionem credentium in æternitate sancitam non semel atq; iterum, sed frequentissimè in scriptis suis docuisse: iudicium faciant cordati Lectores, qua fronte Huberus suam agat causam, dum se Lutheranum falso venditat, nos à Lutheri doctrina defecisse clamitat.

## ANTITHESIS VERI

Evangelij per Lutherum prædicati, & Pseudo-  
evangelij ab Hubero nuper in-  
venti.

Lutherus.

**I**N Præfatione super Epistolam ad Ephesios scribit: in hac Epistola docet  
» Divus Paulus primùm, quid sit Euan-  
» gelium, quomodo à solo Deo *IN ÆTER-*  
» *NITATE* prædefinitum, & per Chri-  
» stum acquisitum & promulgatum, quod  
» omnes, *QUI EI (Evang.elio) CRE-*  
» *DUNT*, justificari, vivificari, salvari,  
» & à lege, peccato & morte liberi esse  
» debeant.

eventum, & *FRUITIONEM* electionis, quin tota oppositio credentium Evangelio, & non credentium valet demum *POST AP-PLICATIONEM*.

LUTHERVS.

**I**N 17. Caput Ioan. Tomo 6. Ihen. Germ. ubi accuratè definit, qui sint illi, qui Christo à patre in æterna prædestina-

Huberus.

**P**Aulus de Prædesti-  
natione in hac Episto-  
stola disserens docet,  
in æternitate esse omnes  
homines ad salutem præ-  
destinatos, sive Evange-  
lio credant sive non cre-  
dant. τὰς αἰετὸς autem quæ  
credentes à non credentibus  
disseparat non pertinet  
ad prædestinationem in  
æternitate sancitam, sed  
ad temporalem

HUBERVS.

**D**Octrina de particulari  
Electione credentium *NON*  
*VALAM* habet consolationem



destinatione dati sunt, palam decernit, esse **CREDENTES** simulq; impenitentes ab hac definitione clarissime sejungit.

Pag. 174. & 175. ita scribit: In hoc consistit nostra **CONSOLATIO** & fiducia, contra omnes hostes nostros, quod **NOS, QUI IN CHRISTUM CREDIMVS**, & à verbo ejus pendemus, **HI IPSI SVMVS**, qui ei (Christo) dati sunt à Patre.

**ET** fol. 181. Appositè autem addit: his, quos dedisti mihi **DE MVNDO**. Ita nemo potest hanc manifestationem intelligere aut suscipere, **PRÆTER HOS, QUI DATI SVNT ET RELIQVI** contemnunt aut scandalizantur eâ, persequuntur et blasphemant illam.

**I** Bidem: si quis scire discupit, sitne electus, aut quomodo sibi cum Deo conveniat: is obseruet os Christi, nimis hanc atq; consimiles sententias. Quamvis enim certò definire non possimus, quis futurus aut deniq; mansurus sit: hoc tamen certissimum est, quod qui ad id vocati & eò usq; progressi sunt, ut hanc manifestationem, id est, verbum Christi audiant, **DVM MODO ID SERIO AMPECTANTVR**, hoc est, plenè assentiantur & **CREDANT**, verum id esse: **HI (inquam) SVNT, QUI CHRISTO DATI SVNT à PATRE**. Qui autem illi sunt dati, hos probè custodiet, & **præcauebit, ne pereant**.

**R**ursum fol. 184. **SI ADHÆRES CHRISTO** Domino, certò es ex eorum catu, quos Deus **AB INITIO** eò **ELEGIT**, ut sint peculiari. **er SVI.**

H 3

tionem, sed est desperationis abyssus.

Hæc definitio hominum in prædestinatione datorum filio, nimis est angusta: siquidem sub ratione prædestinationis dati sunt Christo etiam qui illum cum omnibus beneficiis contemnunt.

Hi ipse)  
Hoc est DE  
FINIRE  
prædestina-  
tes seu datos  
Christo.

**S**ecundum Huberum est hæc antithesis (qua Lutherus eos, quos Pater Christo dedit per electionem, manifestissime secernit à **RELIQVIS**, qui contemnunt & persequuntur verbum) merè Calviniana.

**I**n Huberi Matæologia sunt Christo per aternam Electionem dati omnes simpliciter homines, tam qui verbum Dei non amplectuntur, neq; credunt, quam qui fide id apprehendunt. Et hanc ipsam Lutheri sententiam damnat Huberus in nobis, ut extreme Calvinianam.

**I**Mò es ex eorum coetu, quos ab initio elegit Dominus, sive Christo adhæreas, sive non.

Et



**E**T mox super verba: tu dedisti eos  
 mibi, & sermonem tuum servave-  
 runt: Hic (inquit Lutherus) utrunq;  
 comprehendit, quod & sint filij patris,  
 & Christo dati, & facit ex eis unum  
 quid: sunt mei discipuli, atq; nihilomi-  
 nus pridem, AB ÆTERNO fuerunt  
 TVI. QVARE? QVIA SER-  
 MONEM TVVM SERVAV-  
 ERUNT.

**F**ol. 187. Pro mundo orare non pos-  
 sum, inquit, QVIA NON SVNT  
 TVI: quin oderunt & persequuntur  
 HOS, QVOS MIHI DEDISTI.  
 Pro ipsis autem (credentibus) oro, quia  
 sunt tuum peculium & hereditas. Hac  
 mihi cordi est, in hac mihi beneplacitum  
 est. Sed satis dictum est, cur verba sic for-  
 met (quos dedisti mihi). Qui enim est  
 Christi, is etiam est patris. Hi autem sunt Christi, quemadmodum  
 ipse dixerat, QVI VERBVM EIVS AMPLECTVNTVR  
 & servant.

**F**olio 203. Supra multoties dictum est,  
 QVOS Christus intelligat hisce  
 verbis (QVOS MIHI DEDISTI)  
 videlicet, quod ea NOBIS valeant,  
 & in magnam CONSOLA-  
 TIONEM proposita sint his, QVI  
 VERBO ipsius ADHÆRENT,  
 IDQVE SERVANT.

#### LUTHERVS.

**V**erba Christi Iob. 17. (ut det eis vi-  
 tam aeternam) sic explicat Luthe-  
 rus in argumento Biblico ejus capituli:  
 Primò orat Christus Dominus pro se, ut  
 Deus ipsum glorificet, hoc est, in morte  
 conseruet, ac post in omni mundo per E-  
 vangeli-

**H**ic respectus fidei  
 servantis sermo-  
 nem Christi, non per-  
 tinet (secundum Hu-  
 berum) ad prædesti-  
 nationem AB Æ-  
 TERNO constitu-  
 tam, sed ad temporale  
 EVENTVM &  
 FRVITIONEM  
 electionis.

**T**oties repetitam  
 definitionem præ-  
 destinatorum & ad  
 credentes unice limi-  
 tatâ, clamat Huberus  
 esse tam horribile dog-  
 ma, q; toti Evangelio  
 ἀνολεθρίαυ accele-  
 ret.

**P**rædestinationē æ-  
 ternam ita definitè  
 ad CREDENTES  
 referre, in Huberi E-  
 vangelio omnem cōso-  
 lationē adimit; Luthe-  
 rus econtra magnâ in  
 ea consolationem re-  
 positam esse perhibet,  
 HVBERS.

**H**ac interpretati-  
 one Lutheri cum  
 nos in Explicatione  
 controversiæ Hube-  
 rianæ pag. D. 4. facie-  
 b. essem<sup>9</sup> usi, dici nō po-  
 test



„vangelium illustret, ut omnes cognoscant,  
„esse ipsum Dei filium, qui vitam in se  
„metipso habeat, & DARE possit OM-  
„NIBVS, QUI EAM IN IPSO  
„QVÆRVNT, ET IN ILLVM  
CREDVNT.

**I**N enarratione Euangelij de Pastore  
bono, Dominica secunda post Pascha,  
Lutherus hoc pacto disserit: Ex his ha-  
„bemus hoc SOLATIVM, quod qui-  
„cunq; hoc modo CHRISTVM  
„AGNOSCIT, certò est ex ovibus  
„ejus, & in OVEM ELECTVS: nec  
„opus ei est ulterius quærere aut specula-  
„ri, quomodo fiat ovis, neq; se macerare  
„aut torquere inanibus cogitationibus,  
„sit ne PRÆDESTINATVS, et quo-  
„modo de sua salute certò evadere queat?  
„sed confidenter se soletur, & certus sit,  
„SI CHRISTI VOCEM AVDI-  
„AT, quod habeat ipsum proprium pa-  
„storem, qui eum cognoscat, hoc est, ipsi  
„us ut ovicula curam gerat.

### LV THERVS.

**S**uper caput 26. Genesew ita loqui-  
tur: Si hunc audieris, & in nomine  
ejus baptizatus fueris, & diliges ver-  
bum ejus, tum certò es prædestinatus, et  
certus de tua salute. Si verò maledicis  
aut contemnis verbum, tum es damna-  
tus. Quia qui non credit, condemna-  
tur.

**P**aulò post: Si firma FIDE revelato  
DEO ADHÆSERIS, ita ut  
cor tuum sic sentiat, te non amissurum  
Christum, etiam si omnibus spoliatus fue-  
ris: tum certissimè PRÆDESTI-  
NATVS es, & absconditum Deum  
intelliges:

test quàm invidiosè Hu-  
berus illà in omnibus  
suis scriptis exagitarit,  
et diris devoverit. Quã  
igitur bellè convenit  
ei cum Luthero?

**A**Dversus hanc ra-  
tionem consolandi  
homines obrudis  
Huberus, consolatio-  
nem nostram oportere  
habere objectum  
Universe: ex parti-  
culari enim nullam  
fieri subsumptionem:  
quasi verò Electio cre-  
dentes spectans, non  
possit æquè esse obje-  
ctum fidei, & consola-  
tionis argumentum,  
quàm sunt promissio-  
nes ad solos credentes  
restrictæ Ioan. 6, Rom.  
3. 9. 10.

### HVBERSVS.

**E**X sensu efficacia et  
effectis fidei velle  
de sui Electione sta-  
tuere, dicit Huberus  
esse NIHIL Rettung  
pag. 425.

**H**Vberi dogma cõ-  
trarium est hoc:  
Sive Deo per fidem  
adhærens, sive non,  
certissimè es præde-  
stinatus, quia præde-  
stinatio



intelliges: imò jam de presenti intelligis.

**A** Crursum: En habes filium meum, qui audit eum, & baptizatur, is in libro vitæ scriptus est: hoc revelo per filium, quem potes manibus contrectare, & oculis intueri.

**T** Om, 5. pag. 487. In Epistola quadam consolatoria: In Christo aspiciamus, quantopere Deus nos diligat, & quanta nos, tanquam benignissimus Deus, prosequatur cura, ut etiam dilectissimum filium pro nobis tradiderit. Hic, hic, inquam, discitur vera doctrina de Prædestinatione, & aliàs nullibi: hic manifestum fiet, quòd in Christum credas. Si **CREDIS**, utiq; vocatus es, utiq; etiam **AB ÆTERNO PRÆDESTINATUS** es.

**D**efinitionem Ecclesiæ à Divo Iohanne Husso usurpatam Lutherus passim in suis scriptis approbat, eamq; refert inter articulos Orthodoxos, qui ab Antichristiano Concilio Constantiensi præter jus fasq; damnati sint. Sic autem Hussus inquit: tantum una est sancta Ecclesia sive universalis, quæ est numerus & universitas **PRÆDESTINATORVM**.

**D**E eadem Electione particulari Lutherus Tomo 2. abenensi Germ. pag. 295. in explicatione primi capituli prioris Epistolæ Petri, sic scribit: Secundum præcognitionem Dei Patris sunt electi, inquit. Quomodo? Non à semetipsis, sed secundum ordinationem Dei. Non enim nos ipsi poterimus cælum conscendere, aut fidem in nobis operari. Deus **NON OMNES** homines

stinatio non includit talem fidei respectum.

**E** Tiam non baptizati infideles populi sunt in libro vitæ scripti, secundum Huberum Lutheri manifestissime contradicentem.

**D** Onatio filij pro nobis est sanè argumentum nostræ Prædestinationis, non autem (ut Lutherus censet) quatenus in hunc Christum pro te traditum credis, sed simpliciter respectu operis ab ipso pro te præstiti, sive credas in illum sive non credas.

**S** I etiam Turcæ alijque populi infideles sunt prædestinati, ut Huberus autumat: aut ipsi quoq; erunt Catholicæ Christi Ecclesiæ membra: aut necesse est, definitionem ab Husso traditam & à Lutheri approbatam corrumpere.

**H** UBERUS non minus eos à Deo Patre electos somniat qui damnantur, quam qui salvantur, adeoq; non minus hos, quos pro suis Deus non agnoscit.

**NON OMNES** homines intro-

*Sci mus quod pater*









































4.









99 A 6918

ULB Halle  
002 824 876

3



Sb.


VD17

Reko

M. 64.









*secundum catalogum est numero 25 in volumine Theologicorum Dissertationum. D. Hunnii fol. 274.*

THESES

# HUBERIANISMO

OPPOSITÆ,

I. DE ELECTIONE ET AD VITAM  
*eternam prædestinatione Huberiana, tam ad filios Diabo-*  
*li, seu omnes impænitentes, quam Dei filios pertinente.*

II. DE VNIVERSALI ET CONFUSA IV-  
*stificatione omnium hominum, non minus incredulorum,*  
*quam credentiam.*

III. DE HYPOCRITARVM IN BAPTISMO  
*Regeneratione, que illis (non obstante eorum perfidia & hypocrisi)*  
*in medio illo impietatis statu verè conferatur.*

*Quas theses dictorum errorum idcirco,*

## DEI FAVENTE GRATIA,

PRÆSIDE ÆGIDIO HVNNIO, SS.

Theologiæ Doctore, & Professore in Academia

V Vitebergensi, publicè defendere  
conabitur,

M. IOHANNES MEHLFUHRERUS  
Culmbacensis.

Die 13. Novembris, hora & loco solitis.



WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri,

Anno MDCCXCVII.

